<36636055060011

<36636055060011

Bayer. Staatsbibliothek

Phyt. 350 b-1
Fiche

ENUMERATIO PLANTARUM HORTI REGII BOTANICI BEROLINENSIS ALTERA.

AUCTORE

DR. H. F. LINK,

MEDICINAE PROFESSORE P. O. IN UNIVERSITATE BEROLINENSI, HORTI DIRECTORE, ACAD. REG. SCIENT. BEROL. NEC NON ALIARUM SOCIET. LITERAR. SODALI.

PARS I.

BEROLINI,
APUD G. REIMER.
MDCCCXXI.

53 D

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

PRAEFATIO.

Plantarum, quae in Horto Regio Botanico Berolinensi anno 1808 vigebant, enumerationem dedit Willdenowius, Vir inter Rei Herbariae sui temporis peritos celeberrimus, olim Horti, ut vocant, Director. Non solum nomina plantarum indicavit, sed quoque diagnoses addidit, partim ex ipsius opere, Editione scilicet Specierum Plantarum Linnaei, desumtas, partim auctas et emendatas, ut foret tironi liber idoneus. Novas species ampliore descriptione illustravit. A classe Monandria ad finem classis Decandriae usque, si bene computum institui, species 2528 enumeravit. Post mortem auctoris, anno demum 1813, apparuit Supplementum Enumerationis e schedulis viri defuncti editum, nomina plantarum tantum continens, paucissimis adjectis novarum specierum descriptionibus. Ad finem usque Decandriae, 563 species numero supra indicato additae sunt, ita ut numerus specierum ex hisce classibus cultarum anno 1812, cum Willdenowius vita excederet, 3091 fuerit.

Quod vero supplementum non paucis nominibus dubiis et antea inauditis refertum erat. Quaedam in horto occurrebant plantae hisce nominibus designatae, sat distinctae et facile determinandae, sed aliae in horto non colebantur. Ad herbarium itaque Willdenowianum confugiendum erat Regis munificentia comparatum et publico usui destinatum. Multa dubia hinc soluta sunt, multa supersunt, quia plantarum specimina in herbario alias ditissimo non aderant, nunquam itaque extricanda.

Numerus plantarum in hoc opusculo recensitarum, computatis erroribus typographicis, nam dificile fuit in libro impresso seriem numerorum absque mendis continuare, est 5545. Auctus est itaque hortus noster post mortem Willdenowii speciebus plantarum ad classes decem priores Systematis Linnaeani referendis 1454. Sed multae aliae adsunt plantae aut capenses, aut brasilienses nullis nominibus insignitae, quae nondum floruere et quas hanc ob causam nominibus rite distinguere non licuit. Adsunt non paucae aliae dubiis designatae nominibus, ob floris defectum, aut herbam non satis evolutam et perfectam, minime determinandae. Ericarum seriem e. g. adjeci, quas nominibus novis accepimus, at floribus non visis nolui numeris distinguere.

Id enim mihi maxime curae cordique fuit, ut species accurate distinctas tantummodo recenserem. Specimina in horto aut ab Inspectore

horti aut a me ipso exsiccata, et erant plurima, cum speciminibus in Herbario Willdenowiano comparavi, non absque ea epicrisi, qua decet aliis frui laboribus. Tum ad plantas in horto vigentes memet conversus sum easque denuo, quantum fieri poterat, consului. Tandem omnes species recensitas cum Inspectore horti, Otto, viro strenuo, plantarum cultore atque indagatore felicissimo perlustravi ut indicaret omissas et atro carbone notaret dubias. Nominibus adjeci observatiunculas haud paucas, non inutiles spero hortorum Directoribus et Inspectoribus, qui notis paucis cito dignoscendis species affines distinguere volunt. Nullas itaque addidi speciebus vulgatis, sat cognitis, facile separandis. Inter hujusmodi notae eminent sane a dimensionibus partium petitae, a Botanicis male neglectae. Significat in his e. g. 1′ unciam seu pollicem transversum mensurae rhen. 1″ lineam ejusdem mensurae, 1′ absque littera seu 1″ longitudinem, $\frac{2'}{1'}$ partem esse duas uncias longam, unam latam. Facile perspicient lectores, accurata dimensione non opus esse, quippe quae in varia et variabili corporum organicorum forma inveniri haud possit, sed ea tantum, qua magnitudinis schema generale animo exhibeas. Nec colorem floris neglexi, utilem saepissime ad species primo dignoscendas intuitu. Sunt tandem et species minime vulgatae, nec facile distinguendae, quibus nullas adjeci notas; fateor, quia aptas, quas consignarem non inveni, aut

omni dubio liberas. Novas, quae mihi visae sunt species, nondumque descriptas, descriptione illustravi. Sic catalogum quam maxime accuratum horti lectori tradere studui. Si errores commisi, ignoscat lector et pensitet ultra quater mille species in prioribus hisce decem classibus fuisse considerandas.

Synonyma pauca addidi; semper W. E. quod significat Willdenowi Enumerationem Horti botanici Berolinensis aut W. E. S. Willdenowi Enumerationis hujusce Supplementum. Dein W. Sp. Species plantarum Linnaei ex editione Willdenowii, nec non R. S. Roemeri et Schultesii Systema Vegetabilium amplissimum. Reliqua e paucis litteris conscriptis lector librorum botanicorum haud ignarus facile intelliget.

Nomina specifica antiqua, quantum fieri potuit retinui et restitui, rarissime mutare mihi permisi. Si species Linnaei a successoribus in alias erat distributa, nomen Linnaeanum non repeti, bene monente Hoppio et non bene renitente Willdenowio. Sic Myosotin palustrem vocavi nec scorpioidem, cum Myosotis scorpioides Linnaei et alias comprehendat species.

Generum distributionem lectores aequo animo accipiant. Eam quam animo concepi, in hoc opusculo nolui proponere, quae absque prolixo sermone nec explicari nec confirmari potuerit. Inter antiquam et novissimam distributionem me-

diam quandam elegi, at concedo non semper mediam esse viam tutissimam.

Ordines naturales cum Systemate artificiali, quod vocant, conjunxi, praeeunte Persoonio. At vir celeberrimus omnia genera ad suos non redegit ordines naturales nec certam et definitam eorum seriem admisit. Haec vero pernecessaria est, ut ex omnibus classibus et ordinibus Systematis artificialis genera ad ordines naturales facillimo negotio revocari possint, quo utrumque habeas systema et conjunctum et separandum.

Plantarum capensium semina quam plurima nobis misit Bergius, juvenis indefessus, praematuro fato proh dolor! in urbe Capstadt scientiae nobisque ereptus. Multa misit Sello, in regno Brasiliae strenuus plantarum indagator. Multa reportavit de Chamisso ex itinere circa orbem terrarum facto, nunc mihi in laboribus botanicis feliciter junctus. Habuimus et semina a Sereniss. Principe de Neu-Wied in Brasilia, nec non a celeb. Wormskioldo in itineribus collecta. Multa debemus Fischero Horti Gorenkensis ditissimi Directori, et non pauca Car. de Steven Botanico acutissimo, Tauriae incolae. Nimis longum esset omnes nominibus adducere Hortorum Directores, Inspectores, Professores, qui nobis et plantas et semina miserunt, quibus nos quoque remisimus, quae mitti poterant. Maximam vero copiam plantarum earumque rarissimarum nobis praebuerunt itinera ab Inspectore Otto in Angliam facta, unde

plantas, partim a cel. Aitono donatas, partim ex aliis hortis coemtas, vigentes reportavit. Primum iter susceptum est anno 1816 auspiciis Lib. Bar. de Schuckmann, viri Illustrissimi, Regis in Regni interiore statu administrando Ministro, qui Horto nostro optime favebat. Alterum susceptum est anno 1820 auspiciis Lib. Bar. de Stein ab Altenstein, Viri Illustrissimi, Regis in rebus, quae ad cultum divinum, rem litterariam et medicam pertinent, Ministro. Cui, non solum Horti nostri et Botanicorum Protectori, sed quoque Botanices Peritissimo

suaveis daedala tellus
Submittat flores.

Vale Lector, Horto nobisque fave

H. F. Link.

Berolini,
d. XVI. Martii
1821.

M O N A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

I. *S C I T A M I N E A E.*

A. CANNACEAE.

Cal. triphyllus. Antherae loculus unilateralis. Stylus separatus.

1. C A N N A.

Linn. Roscoe. Roem. Schult. 1. *p.* 55.

1. C. VARIABILIS. *W. E.* 1. C. indica *Roem. Sch.* 1. *p.* 11. Folia sessilia ovata. Cor. pallide rubra.
2. C. RUBRA. *W. E.* 1. Folia sessilia ovata. Cor. coccinea.
3. C. COCCINEA. *Roscoe. R. S.* 1. *p.* 11. excl. syn. Willd. C. crocea *ibd.* C. indica *Botan. Mag. t.* 452. C. angustifolia *Hort.* Folia lanceolata. Cor. coccinea basi flava, labello luteo rubroque variegato. Statura humilior.
4. C. GIGANTEA. *Desfontain. R. S.* 1. *p.* 12. C. iridiflora *W. E. S.* 1. sec. herb. Folia subsessilia ovalia; flores paniculati. Cor. coccinea.
5. C. PATENS. *Aiton. R. S.* 1. *p.* 12. C. chinensis *W. E.* 2. Folia petiolata ovata. Cor. coccinea.
6. C. RUBRICAULIS. *Hort. Breiter.* 68. Folia sessilia ovata subtus in vaginis nervisque ruberrima. Cor. rubra, limbus interior quadripartitus (cum labello). Hab. 4. C.

7. C. LUTEA. *Roscoe. R. S.* 1. *p.* 12. *Bot. Mag. t.* 2085. Folia sessilia ovalia. Cor. lutea maculis coccineis, limbus interior tripartitus (c. lab.) Hab. . . ♃. C.
8. C. GLAUCA. *Roscoe R. S.* 1. *p.* 13. Folia sessilia lanceolata glauca. Cor. flava, limbus interior quadripartitus (c. lab.) laciniis strictis.
9. C. FLACCIDA. *Roscoe. R. S.* 1. *p.* 13. Folia praecedentis. Cor. praec. at laciniae flaccidae.

2. MARANTA. Linn.

Cor. limbus interior labiatus. *Filam.* lanceolatum incurvum. *Stylus* petaloideus incurvus. *Caps.* trilocularis baccata.

Caulis plerumque ramosus. Folia petiolata.

10. M. ARUNDINACEA *Linn. W. E.* 5. Germen glabriusculum. Cor. alba.
11. M. GIBBA, foliis oblongo-lanceolatis pubescentibus, pedunculis bifloris, germine hirsutissimo. Cor. alba. Hab. . . ♃. C. *Hort. angl.*
12. M. JACQUINI *Humboldt* M. lutea *Jacq. W. E.* 5. Cor. alba.
13. M. ZEBRINA. *Bot. Mag. t.* 1926. Acaulis. Folia ovalia subtus violaceo-striata. Spica compacta. Cor. violaceo-variegata. Habit. in Brasilia. ♃. C. *Hort. angl.*

3. THALIA. Linn.

Cor. limbus interior quadripartitus labiatus. *Filam.* filiforme. *Stylus* incurvus, stigma infundibiliforme, auctum membrana inflexa.

14. TH. DEALBATA *Fraser R. S.* 1. 559. Folia radicalia longissime petiolata, lamina oblonga apice revoluta. Scapus spathaeque pulvere albo. Hab. in Carolina meridionali. ♃. C. Expungatur Th. cannaeformis *Willd. En.* 6. quae Phrynium dichotomun Roxb. numquam in horto cultum.

B. ALPINIACEAE.

Cal. trilobus latere fissus. Stamen vaginans stylum. Anthera loculis separatis.

4. HEDYCHIUM.

Koenig. Roxb. R. S. 1. 555.

Inflorescentia caulina. Caules perennes.

15. H. CORONARIUM *Koenig. W. E.* 4. *R. S.* 1. 560. Folia hirta. Cor. alba odora, labellum cuneiforme bilobum. Hab. in Archipelago malayico.

16. H. COCCINEUM. H. angustifolium. *Jahrb. d. Gewächskunde. Hft.* 1. 184. Folia lanceolato - linearia margine hinc inde hirta. Cor. rubra, labello spatulato integro. Hab. in India orientali. ♃. C. Accepimus nomine H. angustifolii et coccinei, sed prioris icon *Bot. Mag. t.* 2078. apparuit, corollae forma et colore differens.

Nomine Phrynii spicati plantam colimus, quae apud nos non floruit, sed monente Jacquino Hedychium est.

5. KAEMPFERIA.

Linn. Roxb. R. S. 1. 556.

Folia radicalia. Inflorescentia radicalis.

17. K. ROTUNDA *Linn. W. E.* 5. *R. S.* 1. 568. Folia subtus rubro colorata erecta. Cor. alba.

18. K. UNDULATA. K. angustifolia *Jacq. W. E.* 5. nec Roxburghi, hinc nomen mutandum erat. Folia undulata subtus pallida. Cor. alba, labello fusco violaceo. Hab. . . . ♃. C.

19. K. PANDURATA. *Roxb. R. S.* 1. 569. Folia erecta petiolata lanceolata subtus concolora. Hab. in Sumatra. ♃. C. Nondum flovuit.

20. K. LATIFOLIA. *Hornem. hafn. R. S.* 1. 13. K. Galanga. *W. E.* 5. Folia depressa subrotunda subtus vilis longis adpressis. Cor. alba punctis nigrescentibus.

6. CURCUMA.

Linn. Roxb. R. S. 1. 556.

Anthera aucta lacinia rotundata.

1. *Spicis lateralibus.*

21. C. SPECIOSA. *Hort. angl.* C. Zedoaria. *Rosc. Linn. Transact. XI.* 275. C. Zerumbet. *Roxb. R. S.* 1. 573. Folia petiolata late lanceolata litura media purpurea. Hab. in India orientali, Bengalia. ♃. C. Ad nominum confusionem evitandam nomen Hort. angl. retinui.

22. C. RUBRICAULIS. C. nr. 3. *Rosc. Linn Tr. XI.* 275. *Jahrb. der Gewächskunde* 1. 2. 63. Folia petiolata oblonga vaginis extus rubris. Hab. in India orientali. ♃. C.

23. C. AROMATICA. C. nr. 4. *Rosc. Linn. Tr. XI.* 275. *Jahrb. der Gewächsk.* 1. 2. 63. Folia petiolata oblongo-lanceolata tota viridia subtus pilosa. Hab. in India orientali. ♃. C.

2. *Spicis centralibus.*

24. C. LONGA. *Linn. W. E.* 4. *R. S.* 1. 575. Folia petiolata late lanceolata tota viridia glabra.

7. AMOMUM.

Linn. Roxb. R. *S.* 1. 556.

Inflorescentia radicalis. Caules biennes aut perennes.

25. A. AFZELII *Rosc. R. S.* 1. 29. A. exscapum. *Sims Ann. of Bot.* 1. 548. Caulis simplex fusco ruber, flores radicales aggregati. H. in Sierra Leona. ♃. C.

8. ZINGIBER.

Roscoe. Roxb. R. S. 1. 556.

Inflorescentia radicalis. Caules annui.

26. Z. OFFICINALE *Rosc. R. S.* 1. 564. Amomum Zingiber *Linn. W. E.* 3. Folia ligula brevi. Bracteae coloratae. Cor. labium trilobum purpureo fusco flavoque variegatum.

27. Z. ZERUMBET *Rosc. R. S.* 1. 565. Amomum Zerumbet. *Linn. W. E.* 3. A. sylvestre *Lam. Ill. t.* 2. *f.* 3. Folia glabra ligula elongata. Bracteae margine coloratae. Cor. pallida, labium trilobum.

28. Z. CASSUMUNAR. *Roxb. R. S.* 565. Z. purpureum. *R. S.* 1. 567. Z. Cliffordiae. *Andrews Bot. Rep. t.* 555. Folia hirta. Bracteae basi purpurascentes margine albo. Cor. labium trilobum albidum margine ochroleuco Hab. in India orientali. ♃. C.

9. COSTUS.

Linn. Rosc. Roxb. R. S. 1. 556.

Vagina foliorum clausa, quae in reliquis Scitamineis fissa.

29. C. SPECIOSUS *Smith. R. S.* 567. *W. E.* 4. Folia subtus pilosa. Cor. magna alba rore ferrugineo quasi adspersa, labium margine lacinulatum.

30. C. SPIRALIS *Rosc. R. S.* 24. Alpinia spiralis *Jacq. Schoenbr.* 1. *t.* 1. Folia sessilia lanceolata nitida glaberrima coriacea. Hab. ad Caracas in insula St. Vincent. ♃. C.

10. ALPINIA.

Linn. Rosc. Roxb. R. S. 1. 556.

Caules biennes aut perennes. Inflorescentia caulina.

31. A. ALLUGHAS *Roxb. R. S.* 1. 562. Hellenia Allughas *Willd. Sp.* 1. 4. *En. S.* 1. Heritiera Allughas *Retz. obs.* 6. *p.* 17. *t.* 1. Cor. rubra extus hirta.

32. A. NUTANS *Rosc. R. S.* 1. 562. Renealmia nutans *W. E.* 3. Nondum floruit.

33. A. CALCARATA *Rosc. R. S.* 1. 563. Globba erecta *Redout. W. E. S* 1. Spicae compositae. Cor. alba, labio bilobo sanguineo. Hab. in China australi. ♃. C.

34. A. MUTICA. *Roxb. R. S.* 1. 563. Hab. in insula Prince of Wales. Nondum floruit.

35. A. STRIATA. *Hort. angl.* Amomum Cardamomum. *W. E. S.* 1. Fol. lineari lanceolata. Nondum floruit.

11. GLOBBA.

Linn. Rosc. Roxb. R. S. 1. 556.

36. G. MARANTINA. *Linn. Roxb. R. S.* 1. 576. Ceratanthera amomoides *Hornemann. hafn.* 1. *p.* 2. 5. *R. S.* 1. 4. 33. Folia brevi petiolata lanceolata subtus pubescentia, vaginis ciliatis. Cor. flava. Anthera quadrialata. Hab. in India orientali. ♃. C. Est omnino Globba.

II. PHILHYDRINAE.

Folia vaginata nervis parallelis. Flores bractea spathiformi. Cor. infera, polypetala. Fructus locularis, placentatione centrali. Sem. albuminosum; embryo inclusus rectus, monocotyledoneus.

12. PHILHYDRUM.

Lourecr. W. E. 6. *R. S.* 1. 6.

Petala 2 secund. Willden. filamenta duo sterilia sec. Rob. Brown. sunt.

37. PH. LANUGINOSUM *Gaertn. W. E.* 6. Folia pubescentia, caulis bracteae germina lanata. Cor. flava.

III. HIPPURIDEAE.

Caulis fistulosus, fistulis pluribus in orbem positis. Folia non vaginantia. Cor. o. Stamen germini impositum. Fructus semini conformis. Semen albuminosum; enbryo inclusus erectus dicoty ledoneus.

13. HIPPURIS.

Linn. W. E. 7. *R. S.* 1. 6.

38. H. VULGARIS. *Linn. W. E.* 7.

IV. ATRIPLICINAE.

14. SALICOMIA.

Cal. undique germen involvens. *Cor.* o.
Stam. 1 pluresve. *Semen* calyci immersum.

39. S. HERBACEA. *Linn. W. E.* 6. Caulis herbaceus. Calyces cauli immersi deplanati.

40. S. PERENNANS *Willd. Sp.* 1. 24. *R. S.* 1. 40. S. prostrata *Pallas R. S.* 1. 39. Caulis lignescens, basi decumbens. Calyces immersi deplanati. Hab. in paludibus Sibiriae ad Iaicum 4. T.

41. S. FRUTICOSA *Linn. W. E.* 7. Caulis lignosus erectus. Calyces non immersi laxi.

15. POLLICHIA.

Aiton. R. S 1. 5.

Petala 5 minima certe adsunt.

42. P. CAMPESTRIS *Aiton. W. E.* 7. *R. S.* 1. 38. Folia verticillata linearia. Flores sessiles; involucrum e-squamis carnosis florum faciculos cingentibus; quaevis squama bractea tenui fulta.

V. DIPSACEAE.

16. CENTRANTHUS.

Decand. R. S. 1. 5.

43. C. RUBER. *Decandoll. R. S.* 1. 35. Valeriana rubra *W. E.* 50. Folia $\frac{3'}{1'}$. Cor. rubra albave.

44. C. ANGUSTIFOLIUS *Decand. R. S.* 1. 35. Valeriana angustifolia *W. Sp.* 1. 175. *E. Suppl.* 3. Folia $\frac{3'}{6''}$. Cor. rubra albave. Hab. in subalpinis Europae calidioris. ♃. D.

45. C. CALCITRAPA *R. S.* 1. 35. Valeriana Calcitrapa *W. E.* 50. Folia radicalia ovata, caulina pinnatifida. Cor. rubra.

VI. ONAGRAE.

17. LOPEZIA.

Cavanill. R. S. 1. 4.

46. L. MEXICANA *Cavanill. W. E.* 7. *R. S.* 1. 33. Caulis glaber. Folia ovata. Ramuli apice florigeri. Cor. rubra.

47. L. HIRSUTA. *Jacq. W. E.* 7. *R. S.* 1. 34. Caulis hirsutus. Folia ovata. Ramuli apice florigeri. Cor. rubra.

48. L. CORONATA. *Andrews W. E. S.* 1. *R. S.* 1. 34. L. minuta *Lagasc. gen. et sp.* 1. Caulis glaber. Folia ovata. Pedunculi simplices axillares. Cor. rubra. Hab. in Mexico. ☉. D. T.

49. L. MINIATA. *Decand. monsp.* 121. L. frutescens *R. S.* 1. 34. Folia oblonga. Ramuli apice florigeri. Hab. in Mexico ♄. T.

D I G Y N I A.

I. CALLITRICHINAE.

Folia opposita. Cor. infera polypetala Germina plura. Pericarpium semini conforme adnatum. Semen albuminosum, embryone incluso inverso dicotyledonec.

18. CALLITRICHE.

Cal. o. Cor. dipetala. Semina 4.

49. C. AQUATICA *W. E.* 8. C. verna Linn. foliis apice integris sat differt, nec non C. autummalis Linn. foliis uninerviis truncatis cfr. Wahlenb. lapp. n. 3. Marschall fl. taur. 3. p. 7.

II. ATRIPLICINAE.

19. CORISPERMUM.

Cal. o. Cor. unipetala aut nulla. Stam. 1 — 5. Semen 1. compressum.

50. C. HYSSOPIFOLIUM *Linn. W. E.* 8. *R. S.* 1. 45. *Sibth. fl. graec. t.* 1. Folia linearia mucronulata, uti quoque exhibet Sibthorp. Bracteae ovatae acuminatae. Cor. unipetala bifida alba. Semina convexa integra 2 lin. longa fuscescenti viridia, stylorum basi e membrana marginali emersa.

51. C. INTERMEDIUM. *Schweigger. R. S.* 46. Folia linearia mucronulata. Bracteae ex ovato lineares. Cor. o. Sem. lin. longa plana nigrescentia integra, stylorum basi membranae marginali immersa. Hab. in Prussia. ☉. D.

52. C. TENUE. *Jahrb. der Gewächsk. H.* 3. *p.* 29. Fol. linearia mucronulata. Bracteae lineares mucronulatae foliis similes. Cor. o. Sem. glabra integra, stylorum basi e membrana marginali emersa. Hab. . . . ☉. D. Valde affine C. hyssopifolio. Differt bracteis, floribus axillaribus ad radicem usque.

53. C. CANESCENS. *Kitaib. R. S.* 1. 45. C. squarrosum *W. E.* 8. sec. herb. Folia linearia mucronulata. Bracteae lineares. Cor. unipetala alba. Sem. glabra emarginata. Hab. in Hungaria, Austria. ☉. D.

54. C. SQUARROSUM. *Linn. R. S.* 1. 46. C. hyssopifolium. *Pallas Fl. ross. t.* 98. *f. B. C. D.* C. spicatum *W. E. S.* 1. *sec. herb.* Fol. lineari-lanceolata. Bracteae lineares. Cor. o. Semina glabra convexa emarginata. Hab. in Russia australi. ☉. D.

20. BLITUM.

Linn. W. E. 9. *R. S.* 1. 7.

55. B. CAPITATUM. *Linn. W. E.* 9. *R. S.* 1. 48. Folia triangularia hastato-sinuata. Glomeruli florum summi ebracteati.

56. B. VIRGATUM. *Linn. W. E.* 9. *R. S.* 1 48. Folia triangularia sinuata. Glomeruli florum summi bracteati.

57. B. PETIOLARE: Foliis triangularibus hastatis subdenticulatis, glomerulis florum summis bracteatis, plerisque petiolo innatis. Hab . . . ☉. D. Nomine Bliti chenopodioidis accepimus, speciei obsurae et potius expungendae. Caulis diffusus angulatus glaber. Folia minora ac in B. virgato vix poll. longa in petiolum attenuata acuta, superiora integerrima, inferiora hinc inde dentibus insignita glabra. Capitula florum gemina, petiolis plerumque innascentia. Calyx fructus ruber baccatus minus tamen ac in praecedentibus.

D I A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

I. T H Y M E L E A E.

21. PIMELEA.

Forst. R. S. 1. 59.

58. P. LINIFOLIA. *Smith. R. S.* 1. 272. Folia $\frac{10''}{1-2''}$ Cor. alba 6″ longa. Hab. in Terra van Diemen ♄. T.

II. NYCTAGINEAE.

22. BOERHAAVIA.

Perigonium tubulosum. *Stam.* 2 — 5. perigonio inserta. *Semina* basi perigonii persistente iuclusa.

59. B. ERECTA. *Linn. W. E.* 49. *R. S.* 1. 63. Caulis superne pubescens. Folia ovato-oblonga subtus resinoso-punctata. Flores in panicula pauciflora solitarii. Per. album rufescens.

60. B. HIRSUTA. *Linn. W. E.* 49. *R. S.* 65. B. diffusa *W. E. l. c.* Folia ovato-oblonga. Flores in pa-

nicula pauciflora glomerati. Cor. rubra. B. diffusa W. non differt ab hirsuta; in caldario culta perennis fit ac fruticulosa.

61. B. VISCOSA. *Lagasc. W. E.* 49. *R. S.* 1. 66. *Folia* ovata. Pedunc. apice 2—3 fidi, floribus glomeratis. Per. rubrum.

62. B. SCANDENS. *Linn. W. E.* 49. *R. S.* 1. 66. Folia cordata. Ped. apice umbelligeri. Per. glabrum, virens.

63. B. EXCELSA. *W. E.* 50. *R. S.* 1. 66. Folia inferiora cordata, superiora ovata. Ped. apice umbelligeri. Per. glabrum rubrum.

64. B. PLUMBAGINEA. *Cavan. R. S.* 1. 65. Caul. erectus. Folia cordata repanda. Ped. apice umbelligeri. Per. album dentibus obtusissimis emarginatis. Stam. longissima involuta. Stylus staminibus aequalis involutus. Peric. viscoso-pubescens. Hab. in Aegypto, Hispania. ♃. C. Valde differt a V. repente. *Delile. aeg. p.* 146. *t.* 3. *f.* 1. quo nomine Sieber misit.

III. LABIATAE.

23. MONARDA.

Linn. W. E. 32. *R. S.* 1. 58.

Labium superius corollae versus basin stamina involvit.

65. M. FISTULOSA. *Linn. W. E.* 32. *R. S.* 211. Flores capitati. Bracteae totae rubentes. Cor. purpurea pubescens.

66. M. MEDIA. *W. E.* 32. *R. S.* 1. 211. Differt a praecedente caule fistuloso. Pursh in Fl. Amer. sept. non habet. An var.?

67. M. OBLONGATA. *Ait. W. E.* 32. *R. S.* 1. 212. Flores capitati. Bracteae antice purpureae. Cor. purpurascentes.

68. M. ALTISSIMA. *W. E.* 33. Flores capitati. Bracteae nervo rubro. Cor. pubescens purpurascens. Pursh non habet. Valde affinis sequenti et vix diversa.

69. M. AFFINIS. M. clinopodia. *W. E.* 32. Caulis hirtus. Folia subcordata oblonga serrata hirta. Flores capitati. Bracteae nervo rubro. Cor. purpurascens. M. clinopodia Linn. est planta dubia, cui folia glabra tribuit. M. clinopodia Pursh differt a nostra caule glabro et corollarum colore. Folia molliora ac in praecedente.

70. M. RUGOSA. *Ait. W. E.* 33. *R. S.* 1. 213. Flo-

res capitati. Bracteae virentes saepe nervo rubro. Cor. albae pubescentes.

71. M. MOLLIS. *Linn. Am. ac.* 3. *p.* 329. *W. E.* 32. *R. S.* 1. 212. Flores capitati. Bracteae albentes. Cor. purpurascens barbata.

72. M. DIDYMA. *Linn. W. E.* 33. *R. S.* 1. 213. Flores capitati. Bracteae purpureae. Cor. purpureae glabriusculae. Odor. gratissimus.

73. M. KALMIANA. *Pursh. R. S.* 1. 213. Flores capitati. Bracteae purpureae. Cor. pubescentes coccineae. Odor. Thymi. Hab. in sylvis prope Onondago et Oswego, New-York. ♃. D. Major praecedente.

74. M. PUNCTATA. *Linn. W. E.* 33. *R. S.* 1. 214. Flores verticillati. Bracteae supra violaceae floribus multo longiores acutae. Cal. dentibus acutis. Cor. luteae rubro-punctatae.

75. M. CITRIODORA. *Lagasc. R. S.* 1. 581. Flores verticillati. Bracteae virentes floribus subaequales apice spinulosae. Cal. dentibus longissime aristatis. Cor. purpurascens. Odor. Thymi. Hab. in Mexico. ♃. T.

24. SALVIA.

Linn. W. E. 33. *R. S.* 1. 58.

A. Calyce trilobo ampliato.

76. S. POMIFERA. *Linn. W. E.* 34. *R. S.* 1. 215. Folia undulata. Dentes calycini obtusi. Cor. coerulescens.

77. S. CALYCINA. *Smith. W. E.* 34. *R. S.* 1. 216. Folia plana. Dentes calycini mucronulati. Cor. purpurascens.

78. S. INTERRUPTA. *Schousb. W. E.* 44. *R. S.* 1. 218. Folia rugosa subtomentosa. Cor. albido-coerulescens.

79. S. PILANTHA. Foliis pinnatis 2—3 jugis, foliolis sessilibus lanceolatis obtusiusculis crenulatis rugosis subtus incanis, bracteis cordatis infimis calyce longioribus. Hab. . . . ♄. T. Caulis 2—3 ped. altus, ramis tomentosis. Folia petiolo longo tomentoso villoso; foliola ab extimo decrescentia; extimum $\frac{2'-3'}{8''}$; in fimum 4″ longum; summa in petiolo decurrentia irregulariter crenata subundulata omnia supra fere glabra subtus pilis mollibus incana. Bracteae villosae. Verticilli sexflori. Cal. villosus lineatus subvenosus, galea crenata, labio bilobo. Cor. coerulea galea pilosa, labio

dilatato margine coeruleo disco ochroleuco coeruleo punctato; tota 1′ 2″ longa. Nomine S. rosaefoliae in horto colitur, at huic foliola petiolata obverse oblonga serrata, bracteae lanceolatae.

80. S. HABLIZLIANA. *Willd. E. S.* 2. *R. S.* 1. 220. S. scabiosaefolia. *Encycl. R. S.* 1. 219. Foliola angustiora ac in reliquis. Cor. magna coerulescens. Hab. in Tauriae montibus cretaceis. ♃. T.

81. S. CANARIENSIS. *Linn. W. E.* 42. *R. S.* 1. 216. Cal. coloratus. Cor. purpurascens.

82. S. AUREA. *Linn. W. E.* 42. *R. S.* 1. 217. Cal. fructiferi excrescentes. Cor. aurea 1½′ longa.

B. Calyce tridentato subcylindrico.

83. S. LANCEOLATA. *Brousson. W. E.* 37. *R. S.* 1. 221. S. reflexa. *Hornem. hafn.* 1. 34. Verticilli biflori. Folia obtusa. Cor. coerulea.

84. S. ANGUSTIFOLIA. *Humboldt. W. E.* 41. *R. S.* 1. 222. Verticilli biflori. Folia acuta. Cor. coerulea.

85. S. HIRSUTA. *Jacq. W. E.* 37. *R. S.* 1. 221. Folia $\frac{1'2''}{4''}$. Bracteae cordatae imbricatae. Cor. parva coerulescens.

86. S. BOOSIANA. *Jacq. fil. R. S.* 1. 224. S. thymiflora. *W. E. S.* 2. Cor. coerulea 10″ longa; galea labio longior. Folia $\frac{3'}{2'}$, ovata. Hab. in subalpinis Peruviae. ♃. C.

87. S. AMARISSIMA. *Orteg. R. S.* 1. 234. S. amara. *Jacq. Schoenbr.* 3. *t.* 255. Cor. coerulea, galea brevi labio dilatato. Folia cordata $\frac{3'}{1'6''}$. Hab. in Mexico. ♃. C.

88. S. MEXICANA. *Linn. W. E.* 39. *R. S.* 1. 225. Cor. coerulea 1½ poll. longa. Folia ovata $\frac{3'}{2'}$.

89. S. CHAMAEDRYOIDES. *Cavan. R. S.* 1. 226. S. Cnamaedrys. *W. E.* 42. Cor. coerulea 6 — 7″ longa. Folia ovata $\frac{10''}{5''}$.

90. S. CAESIA. *Humboldt. W. E.* 40. *R. S.* 1. 226. S. polystachya. *W. E.* 40. *R. S.* 1. 230. S. lineatifolia. *Lagasc. gen. et sp.* 2. Cor. coerulea 6″ l. Cal. villoso-tomentosi. Folia ovata $\frac{3'}{1'6''}$.

91. S. HISPANICA. *Linn.* *W.* *E.* 41. *R.* *S.* 228. Cor. coerulea parva. Cal. cylindrici pubescentes. Folia ovata $\frac{3'}{2'}$.

92. S. TILIAEFOLIA. *Jacq.* *R.* *S.* 1. 230. *W.* *E.* *S.* 3. S. fimbriata. *Humb. et Kunth.* *N. gen. et sp.* 2. 241. *t.* 149. fide specim. sicci. Cor. coerulea parva. Folia cordata $\frac{1'\,4''}{1'\,2''}$ dense ciliata. Hab. in Mexico. ♃. C.

93. S. MICRANTHA. *Vahl.* *W.* *E.* 38. *R.* *S.* 230. Cor. alba parva. Folia sinu lato cordata $\frac{1'\,4''}{1'\,6''}$.

94. S. DOMINICA. *Linn.* *W.* *E.* 38. *R.* *S.* 1. 228. Cor. alba parva. Folia subcordata $\frac{1'\,4''}{1'}$.

95. S. GLUTINOSA. *Linn.* *W.* *E.* 42. *R.* *S.* 1. 235. Cor. flava 1½' l. Fol. cordato-sagittata $\frac{4'}{3'}$.

96. S. COCCINEA. *Murray.* *W.* *E.* 41. *R.* *S.* 1. 231. Cor. coccinea 8'' l. Folia petiolata cordata $\frac{1'\,8''}{1'\,2''}$. Caulis subtomentosus.

97. S. PSEUDOCOCCINEA. *Jacq.* *W.* *E.* 41. *R.* *S.* 1. 224. Cor. coccinea 8''. Fol. petiolata ovata $\frac{2'}{1'}$. Caulis hirtus.

98. S. PULCHELLA. *Decand.* *R.* *S.* 1. 232. Cor. coccinea. Folia summa sessilia.

99. S. LEONUROIDES. *Gloxin.* *R.* *S.* 1. 231. S. formosa. *L'Herit.* *W.* *E.* 41. Cor. coccinea 1' 6''. Folia ovata $\frac{1'\,8''}{1'\,4'}$.

C. *Calyce quinquedentato* $\frac{3}{2}$.

100. S. OFFICINALIS. *Linn.* *W.* *E.* 34. *R.* *S.* 1. 238. Var. angustifolia (S. tenuior) mucrone dentium calycinorum minore recto nec uncinato differt.

101. S. TRILOBA. *Linn.* *Suppl.* *W.* *E.* 34. *R.* *S.* 1. 256. Valde affinis praecedenti, foliis auriculatis differt magnitudine et corollis rubentibus.

102. S. GRANDIFLORA. *Ettling.* *W.* *E.* 34. *R.* *S.* 1. 243.

Cor. coerulea 1′ 2″ longa, quae in praecedente 8″. Folia basi cordata $\frac{5'}{2' 6''}$, minus rugosa et tomentosa.

103. S. CRETICA. *Linn.* *W.* *E.* *S.* 2. *R.* *S.* 1. 236. Cor. rubens. Folia lineari-lanceolata. Cal. subdiphylli.

104. S. PANICULATA. *Linn.* *W.* *E.* 42. *R.* *S.* 1. 237. Cor. coerulea albo variegata fere 1′. Folia antice serrata.

105. S. SYLVESTRIS. *Linn.* *W.* *E.* 32. *R.* *S.* 1. 249. Cor. coerulea 4—5″ l. Caulis tenue tomentosus. Folia cordate lanceolata. Bracteae cordate ovatae. Laciniae calycis inferiores ovatae.

106. S. NEMOROSA. *Linn.* *W.* *Sp.* 1. 134. *R.* *S.* 1. 251. S. sylvestris nemorosa. *W.* *E.* 35. Cor. coerulea 6 — 7″ l. Caulis tenue tomentosus. Folia cordate lanceolata. Bracteae ovato-oblongae. Laciniae calycis inferiores lanceolatae.

107. S. AMPLEXICAULIS. *Lam.* *Enc.* *W.* *E.* 35. *R.* *S.* 1. 247. S. valentina. *Vahl.* *R.* *S.* 1. 251. Affinis praecedenti at caulis hirsutus, cal. hirsutissimus.

108. S. NUTANS. *Kitaib.* *W.* *E.* 39. *R.* *S.* 1. 246. Cor. coerulea 6″ l. Caulis subaphyllus. Folia cordato-oblonga.

109. S. PENDULA. *Vahl* *R.* *S.* 1. 246. S. betonicaefolia. *Ettling.* *W.* *E.* 45. *R.* *S.* 1. 246. Cor. coerulea 6″ l. Caulis foliosus. Folia cordato-lanceolata.

110. S. VERTICILLATA. *Linn.* *W.* *E.* 42. *R.* *S.* 1. 241. Cor. coerulea 6″ stylo labio incumbente. Folia $\frac{3'}{2' 2''}$ saepe auriculata. Cal. dentes acutiusculi.

111. S. NILOTICA. *Murr.* *W.* *E.* 39. *R.* *S.* 1. 258. Cor. coerulea 6″. Folia cordato-ovata basi subsinuata. Cal. brevis dentibus longe mucronulatis s. spinulosis. Hujus varietas videtur S. abyssinica *Jacq.* *R.* *S.* 257. foliis pinnatifidis lyratisque magis rugosis et acutatis.

112. S. NAPIFOLIA. *Murr.* *W.* *E.* *S.* 3. *R.* *S.* 1. 259. Cor. coerulea 6″. Folia cordato-ovata basi subauriculata. Cal. colorati dentibus acutis. Hab. in Gallia, Italia. ♃. D.

113. S. RUNCINATA. *Linn.* *Suppl.* *W.* *E.* 39. *R.* *S.* 1. 260. Cor. coerulea 6″. Folia pinnatifida s. pinnatifido-lyrata rugosa.

114. S. VERBENACA. *Var a.* *Subintegrifolia.* S. oblongata. *Vahl* *R.* *S.* 1. 256. Folia oblonga dupli-

cato crenata. *Var.* 6. *Pinnatifida.* S. verbenaca. *Vahl R. S.* 1. 255. S. clandestina. *W. E.* 39. fide herb. Folia pinnatifida crenata. Utrique cor. coeruleae calyce vix longiores clausae.

115. S. SPIELMANNI. *Var. a Subintegrifolia.* S. Spielmanni *Scop. W. E.* 38. *R. S.* 1. 238. *Var. b. Pinnatifida.* S. Verbenaca. *W. E.* 38. fide herb. Folia ut in praecedente. Cor. coeruleae calyce majores at parvae vix 5''.

116. S. MULTIFIDA. *Sibthorp. Fl. gr.* 1. *t.* 23. *R. S.* 1. *p.* 262. S. polymorpha typus *Fl. port.* 1. *p.* 143. *R. S.* 1. 261. Folia pinnatifida laciniis acutioribus ac in praecedente. Cor. coerulea 6''' longa (in spontanea labio inferiore albo). Nos quidem tres species. S. Verbenacam, Spielmanni, multifidam unam eandemque speciem esse putamus, cui adsentit *Marschall Fl. taur. cauc.* 3. *p.* 23. Calycis labium superius explanatum dentibus tribus brevioribus mucronatis, labium inferius dentibus tribus longioribus et longius mucronulatis.

117. S. PRATENSIS. *Linn. W. E.* 36. Cor. coerulea ultra 1' l. Folia cordata oblonga duplicato-crenata.

118. S. CAMPESTRIS. *Marschall W. E.* 35. *R. S.* 249. Cor. coerulea minor ac in praecedente. Folia molliora. Rami floriferi elongati.

119. S. VARIEGATA. *Waldst. et Kitaib. W. E.* 36. *R. S.* 1. 244. Cor. 8'' l. coerulea lacinia media labii inferioris alba. Folia cordata late lanceolata duplicato-crenata.

120. S. BICOLOR. *Desfont. W. E.* 36. *R. S.* 1. 259. Cor. 1' l. coerulea, lacinia media labii inferioris alba saccata. Folia inferiora partita, superiora ovata sinuato-dentata.

121. S. TENORII. *Spreng. pug.* 1. *n.* 3. *R. S.* 1. 242. S. Barrelieri *Schrank. Hort. Monac.* 1. *t.* 5. Valde affinis S. pratensi at major, folia multo longiora, cor. galea multo angustior magis falcata, cal. sulcatus nec striatus ut in S. pratensi. Cor. coerulea 1' l. Hab. in Calabria. ♃. T.

122. S. FORSKOLEI. *Linn. W. E.* 44. *Hort. Ber. t.* 20. *R. S.* 1. 259. Cor. coerulea 1' l. Folia lyrato-auriculata. Cul. subaphyllus.

123. S. INDICA. *Linn. W. E.* 37. *R. S.* 1. 241. Cor. ultra 1' l. galea coerulea, labii lobo medio saccato e

coeruleo et albo vario limbo violaceo margine lutescente. Folia cordata oblonga duplicato-crenata.

124. S. HORMINUM. *Linn.* *R. S.* 1. 254. Bracteae summae coeruleae steriles in comam elongatae. Hab. in Europa australi. ♃. F.

125. S. VIRIDIS. *Linn.* *W. E.* 34. *R. S.* 254. S. truncata. *W. E.* 34. Cor. 6″ rubra. Folia cordata oblonga aequaliter cordata. Bracteae cordatae.

126. S. LYRATA. *Linn.* *W. E.* 34. *R. S.* 257. Cor. purpurascens parva galea brevissima. Folia radicalia magna oblonga et pinnatifida pilis sparsis.

127. S. VISCOSA. *Jacq.* *W. E.* 35. *R. S.* 1. 245. Cor. purpurea 8″ — 9″ l. Folia late ovata repande et inaequaliter crenata.

128. S. BULLATA. *Schousb.* *W. E.* 36. S. lusitanica. *Enc.* *R. S.* 1. 241. S. elongata. *Spreng. pug.* 1. *n.* 4. *R. S.* 1. 245. Cor. rubra 8″. Folia cordata oblonga crenato-dentata erosa. Hab. in Hispania ♃. F. In Lusitania non vidimus. Male in Flor. portug. ad S. polymorpham relata fide speciminis incerti.

129. S. MOLLIS. *Jacq.* *R. S.* 1. 243. Cor. rubra 6″ l. Folia cordata oblonga duplicato-crenulata rugosissima supra hirsutiuscula subtus molli hirsuta. Bract. cordatae acuminatae floribus minores. Cal. intus villosissimi.

130. S. DISERMAS. *Linn.* *W. E.* 39. *R. S.* 1. 246. Cor. alba 5 — 6″. Caulis hirsutus. Fol. cordata oblonga inaequaliter dentato-crenata.

131. S. VIRGATA. *Ait.* *W. E.* 35. *R. S.* 1. 249. Cor. alba 7 — 8″. Fol. cordata oblonga inaequaliter duplicato crenata, superiora sessilia.

132. S. SPINOSA. *Linn.* *W. E.* 42. *R. S.* 1. 252. S. praecox. *Vahl.* *R. S.* 1. 229. *W. E. S.* 3. Cor. alba 1′ l. Bracteae calycesque spinulosi. Fol. oblonga crenata et serrato-crenata.

133. S. APPLANATA. *W. E. S.* 3. *R. S.* 254. Affinis praeced. at bracteae spina brevi, verticillis summis sterilibus.

134. S. SCLAREA. *Linn.* *W. E.* 43. *R. S.* 1. 252. Cor. coerulescenti-albida 1′ l. Bracteae cordatae coloratae. Fol. cordata inaequaliter duplicato crenata.

135. S. TINGITANA. *Ettling.* *W. E.* 42. *R. S.* 1. 252. Cor. 8″ alba labio flavicante. Fol. cordata inaequaliter duplicato-crenata.

136. S. AUSTRIACA. *Linn. W. E.* 39. *R. S.* 1. 247. Cor. alba 8″ staminibus longissimis. Fol. subpinnatifida inaequaliter dentata. Caul. subaphyllus.
137. S. AETHIOPIS. *Linn. W. E.* 44. *R. S.* 1. 253. Cor. alba 10″. Fol. subpinnatifida inaequaliter dentata. Bracteae acumine tenui recurvo. Cal. villosissimi.
138. S. PATULA. *Desfont. W. E.* 44. *R. S.* 1. 251. Cor. alba 10″. Fol. $\frac{6'}{4'}$ sinuata inaequaliter dentata. Bracteae sine acumine. Verticilli summi steriles.
139. S. ARGENTEA. *Linn. W. E.* 34. *R. S.* 253. Cor. alba ultra 1′. Fol. $\frac{2'\ 6''}{1'}$ subpinnatifida tomentosa. Verticilli summi steriles.
140. S. VERBASCIFOLIA. *Marschall. Fl. taur. cauc.* 3. 22. *R. S.* 1. 242. S. candidissima *Marsch. Fl. t. cauc.* 1. 22. Cor. alba 8 — 9″. Fol. $\frac{2'}{1'\ 4''}$ sinuata rugosissima hirta. Verticilli summi steriles.
141. S. ODORATA. *Hort. par. W. E.* 43. *R. S.* 1. 243. Cor. alba 9″, lacinia media labii flavicante punctis coeruleis. Fol. cordato oblonga inaequaliter duplicato crenato-dentata oblonga. Flores paniculati.
142. S. CERATOPHYLLA. *Linn. W. E.* 43. *R. S.* 1. 262. Cor. purpureo-violacea 8 — 9″. Fol. ad nervum fere pinnatifida tomentosa. Bracteae apice spinulosae. Verticilli summi steriles.
143. S. CLANDESTINA. *Linn. Sibthorp. Fl. gr.* 1. *t.* 24. *R. S.* 1. 261. S. ceratophylloides *W. E.* 45. fide herbar. Caulis tomentosus. Folia ad nervum fere pinnatifida rugosissima subvillosa. Verticilli summi floriferi. Calyces extus intusque villosi. Cor. alba parva. In *Syst. Veg. R. S.* Salvia Verbenaca cum hac rursus confusa est ut olim fecere Botanici falsis synonymis decepti. Sibthorpius longe aliam speciem esse S. clandestinam Linn. primus docuit.
144. S. LACINIATA. *W. E. S.* 2. *R. S.* 1. 260. Caulis tomentosus. Fol. inciso-pinnatifida rugosa subvillosa. Verticilli summi floriferi. Calyces intus villosiores. Hab. . . . ♃. T. Affinis praecedenti, folia minus profunde pinnatifida, calyces intus villosissimi, extus minus villosi. An var.?
145. S. AEGYPTIACA. *Linn. W. E.* 34. *R. S.* 1. 236. Cor. parva alba. Fol. sinuato-dentata. Verticilli biflori.

25. ROSMARINUS.

Linn. *W.* *E.* 39. *R.* *S.* 1. 58.

146. R. OFFICINALIS. *Linn!* *W.* *E.* 33. *R.* *S.* 1. 214.

26. COLLINSONIA.

Linn. *W.* *E.* 45. *R.* *S.* 1. 58.

147. C. CANADENSIS. *W.* *E.* 45. *R.* *S.* 1. 264. Nostra C. canad. est cordata, foliis cordatis superioribus integerrimis. Folia semper pilosiuscula. Cor flava.

148. C. TUBEROSA. Michaux fl. amer. 1. 17. *W.* *E.* *S.* 4. C. serotina *Walter.* *R.* *S.* 1. 262. Cor flava. Hab. in Carolina. ♃. T.

27. ZIZIPHORA.

Cal. cylindricus decemlineatus subbilabiatus quinquedentatus villis clausus. *Cor.* bilabiata. *Sem.* 4. Omnes habent folia punctata, punctis resinosis, corollasque purpurascentes.

149. Z. CLINOPODIOIDES. *R.* *S.* 1. 208. Cunila capitata *W.* *Sp.* 1. 122. *E.* *S.* 2. Folia ovata subserrata. Capitula terminalia. Calyces pubescentes. Hab. in Sibiria. ⊙. D.

150. Z. MEDIA. Foliis ovatis acuminatis subintegerrimis nervosis, floribus capitatis, calycibus hirsutis, basi pubescentibus Hab. ♄. F. Valde affinis sequenti, e qua in horto fortassis enata at calycibus non ita pilosis, floribus nunquam in anthuro (spica verticillata), foliis rarissime crena insignitis. Reliqua conveniunt.

151. Z. DASYANTHA. *Marschall.* *W.* *E.* 31. *R.* *S.* 1. 211. Folia ovata acuminata crenata nervosa, floribus spicato-capitatis: calycibus undique hirsutissimis.

152. Z. CAPITATA. *Linn.* *R.* *S.* 1. 209. Folia lanceolata. Bracteae ovatae. Flores capitati. Calyces hispidi.

153. Z. SERPILLACEA. *Marschall.* *W.* *E.* 31. *R.* *S.* 1. 210. Folia lanceolato-linearia. Flores capitati. Bracteae nullae. Cal pilis brevissimis reflexis.

154. Z. TENUIOR. *Linn.* *W.* *E.* 31. *R.* *S.* 1. 210. Folia lanceolata. Flores verticillati. Cal. hispidi. Cor. tubus inclusus.

155. Z. TAURICA. *Marsch.* *W.* *E.* 31. *R.* *S.* 210. Folia lanceolata. Flores verticillato-spicati. Cal. hirti. Cor. tubus exsertus.

156. Z. ACINOIDES. *W.* *E.* *S.* 2. Folia ovato-acuminata nervosa ciliata. Flores verticillati quaterni.

Verticilli approximati. Bracteae ovatae. Hab. in Sibiria. ☉. D. Z. hispanicae similis. Z. acinoidem *Linn.* cum clinopodioide conjuxit Rudolph.

28. CUNILA.

Cal. oblongus quinquedentatus villis clausus. *Cor.* bilabiata. *Sem* 4.

Cal. superne parum ampliatur, qui in precedenti genere potius contrahitur; tum quoque multo brevior est.

† C. MARIANA. *Linn. W. E.* 31. Ziziphora mariana *R. S.* 1. 208. Folia sessilia ovata subserrata glaberrima. Cal. sulcatus glaber, villis densis clausus. Cor. purpurascens. Periit.

29. AMETHYSTEA.

Linn. R. S. 1. 57.

157. A. COERULEA. *Linn. W. E. S.* 2. *R. S.* 1. 207. Fol. tripartita, foliis grosse serratis. Cor. coerulea. Hab. in Sibiria. ☉. D.

30. LYCOPUS.

Linn. W. E. 30. *R. S* 1. 57.

158. L. EUROPAEUS. *Linn. W. E.* 30. *R. S.* 1. 206. Folia basi sinuato-dentata. Cor. alba.

159. L. EXALTATUS. *Linn. Suppl. W. E.* 31. *R. S.* 1. 207. Folia tota pinnatifida. Cor. alba.

160. L. VIRGINICUS. *Vahl. R. S.* 1. 207. *W. E S.* 2. Folia magis rugosa ac in L. europaeo, minora ut tota planta.

IV. VERBENACEAE.

31. STACHYTARPHA.

Vahl. W. E. 30. *R. S.* 1. 57.

161. ST. ANGUSTIFOLIA. *Vahl. W. E.* 30. *R. S.* 1. 203. Fol. lanceolato-linearia.

162. ST. JAMAICENSIS *Vahl. W. E. S.* 2. *R. S.* 1. 203. St. pilosiuscula. *Humboldt et Kunth. N. gen.* 2. 226. Verbena jamaicensis *Linn. W. Sp.* 1. 115. Folia ex oblongo-attenuata infra nervis hirtis. Bracteae flores superant. Cor. coerulea.

163. ST. CAYANENSIS. *Richard W. E. S.* 2. *R. S.* 1. 204. Folia ex ovato-attenuata infra nervis hirtis. Bracteae floribus longiores. Cor. coerulea. Hab. in Cayenne ♄. C.

164. ST. PRISMATICA. *Vahl. R. S.* 1. 205. *W. E.* 30. Verbena prismatica. *Linn. W. Sp.* 1. 116. Fo-

lia ex ovato-attenuata. Bracteae floribus breviores. Cor. coerulea.

165. ST. MUTABILIS. *Jacq. W. E.* 30. *R. S.* 204. Cor. coccinea tum rosea.

Stachytarpheta dicta α σάχυς spica et ταρφὸς densus; melius diceretur Tarphostachya. Ne vero plane mutetur nomen nimis longum, Stachytarpham diximus.

166. ST. HIRSUTISSIMA. Caule foliis que ovalibus acute crenatis hirsutissimis, spica longissima, bracteis calyce minoribus appressis. Hab. in Brasilia ♃. C. Caul. 1—2 ped. erectus, fol. c. pet. $\frac{4' 6''}{2'}$ in petiolum attenuata acutiuscula pilis rigidiusculis hirsutissima. Spica terminalis 1—2 ped. Bracteae lanceolato-lineares 3'' lg. Cal. laciniis 4 linearibus 4'' lg. Cor. coerulea tubo calycem ad 3'' superante, limbus 3'' lg. laciniis obtusis.

V. RHINANTHEAE.

32. VERONICA. *Linn.*

Cal. 4—5 partitus aut diphyllus. *Cor.* rotata aut infundibiliformis. Caps. bivalvis, dissepimento ventrali.

A. Callistachya. Rafinesq. Cal. 5 *partitus. Cor. infundibiliformis.*

167. V. SIBIRICA. *Linn. W. E.* 15. *R. S.* 1. 86. Fol. 5—9 na. Spica densa. Cor coerulea.

168. V. VIRGINICA. *Linn. W. E.* 15. *R. S.* 1. 86. Fol. 4—5 na, Spica laxa. Cor. alba.

B. *Veronica.* Cal. 4—5 partitus. Cor. rotata.

a. Racemis spicisve terminalibus.

α. Foliis serratis et dentatis.

169. V. ANGUSTIFOLIA. *Fischer. Hort. Gor.* V. linariaefolia. *Pallas. Willd. Herb.* Folia opposita linearia sensim attenuata longe acutata remote serrata. Bracteae pedicello longiores. Hab. in Sibiria ♃ D. Caul. 1—2 ped. altus erectus angulatus pilis sparsis; ramis paucis. Folia $\frac{2'}{2''}$ in petiolum longe attenuata basi et apice integerrima medio serrata glabra. Racemus elongatus; pedicellis 2''—3'' l. cum rachi pubescentibus. Bracteae lineares pubescentes. Cal. glaber laciniis ciliatis. Cor. magna coerulea.

170. V. MARITIMA. *Linn. Schrader. R. S.* 1. 87. Fol. opposita ternaque lanceolato-linearia longe acutata sensim attenuata adapicem serrata. Bracteae pedicello

longiores. Hab. in Europa boreali. ♃. D. V. maritima *W. E.* 18. e V. spuria et longifolia composita est Varietatem habemus foliis cauleque inferne glabris nomine V. grossae acceptam. Folia superiora interdum profunde serrata sunt, ita ut ad V. laciniatam accedat.

171. V. SPURIA. *Linn. Schrad. R. S.* 1. 88. V. amethystina *W. E.* 19. *R. S.* 1. 89. Folia opposita ternaque lanceolata ex oblonga basi attenuata. Bracteae pedicello breviores. Cor. coerulea.

172. V. FOLIOSA. *Waldst.* et *Kitaib. W. E.* 18. *R. S.* 1. 87. Affinis praecedenti, nec nisi foliis latioribus oblongis diversa. Cor. coerulea.

173. V. NITIDA. V. arguta. *W. E.* 16. Caul. 2. ped. glaber. Folia opposita ternave $\frac{2'\ 6''}{1'}$ acuta ex ovata basi attenuata medio serrata apice subserrata glabra. Racemi longi, pedicelli 1'' l. Bracteae lineares pedicello longiores. Cal. glaber. Cor. coerulea. A. V. arguta Schrad. differt foliis brevioribus latioribus ex ovata basi attenuatis. An varietas? V. falcata *Martius Erlang. R. S.* 1. 90. secund. specimina a Nees ab Esenbeck accepta videtur varietas foliis profundius serratis dentibus curvatis, quo modo non raro degenerant Veronicae.

174. V. LONGEBRACTEATA. Caule glabriusculo, foliis oppositis ternisque oblongis lanceolatisve acutis ex oblonga basi sensim attenuatis apice integerrimis, bracteis inferioribus foliaceis integerrimis. Hab. ♃. D.

Var. a. *angustifolia.* Caule glabriusculo, foliis sensim attenuatis. V. media *W. E.* 16. Caulis 2—3, ped. magis minusve pubescens. Fol. $\frac{3'}{3''}$ sensim attenuata basi integerrima profunde saepe serrata ciliata. Pedicelli vix $\frac{1''}{2}$ l. Bracteae inferiores saepe 1' l. superiores saepissime floribus longiores. Cal. glabriusculus. Cor. coerulea.

Var. b. *latifolia*, Caule glabriusculo, foliis ex oblonga basi attenuatis. A praecedente nonnisi foliis majoribus $\frac{6'}{1'\ 5''}$ longius acutatis differt. V. hybrida *Willd. Diar. Schrad.* 1799. *p.* 388. hujusloci.

175. V. AUSTRALIS. *Schrad. W. E.* 16. *R. S.* 1. 9. Affinis praecedenti. Caulis canus. Folia majora dense serrata, basi minus attenuata. Bracteae inferiores floribus longiores.

176. V. CANESCENS. *Schrad. Ver.* 19. V. neglecta. *Vahl. W. E.* 15. R. *S.* 1. 92. Planta tota incano-tomentosa. Cor. coerulea. Affinis seqnenti.

177. V. INCANA. *Linn. W. E.* 15. *R. S.* 1. 92. Folia remote serrata aut serrulata nec evidenter serrata ut in praecedenti.

178. V. GLABRA. *Schrad. R. S.* 1. 89. Folia opposita ternaque oblonga lanceolataque ex ovata basi attenuata acuta serrata apice integerrima. Caulis foliaque glabra, petioli ciliati. Cor. coerulea.

179. V. BREVIFOLIA. Caule pubescente simplici, foliis oppositis lanceolatis ex oblonga basi sensim attenuatis acuminatis serratis apice integerrimis, superioribus subserratis, bracteis pedicello longioribus. Hab.... ♃. D. Caul. ped. teres leviter pubescens. Fol. $\frac{2'}{4-5''}$, non ita dense serrata superiora fere integerrima, petiolus 2'' l. Bracteae infimae foliaceae, inferiores flore longiores, superiores breviores. Pedicelli infimi vix 1''. Cal. pubescens. Cor. coerulea.

180. V. ELEGANS. *Decand. R. S.* 1. 93. Folia opposita oblonga ex oblonga basi attennata acuta serrata apice integerrima. Bracteae inferiores pedicello longiores superiores breviores. Pedicelli longiores 2''. Cor. eleganter incarnatae.

181. V. MEDIA. *Schrad. R. S.* 1. 90. Caulis pubescens. Folia opposita ternaque oblongo-lanceolata ex oblonga basi attenuata ad apicem usque dense serrata. Bracteae pedicello longiores. Pedicelli brevissimi vix $\frac{1''}{2}$

182. V. PERSICIFOLIA. *Schott. Hort. Vind.* Fol. oppositis ternisque lanceolatis ex oblonga basi attenuatis longissime acutatis ad apicem usque serratis, bracteis pedicello longioribus. Hab. . . . ♃. D. Caul. 2. ped. inferne glaber. Fol. $\frac{3'}{7''-8''}$ acumine longissimo, petiolo 4'' l. Bract. lineares inferiores longae. Pedicelli 1'' Cal. subpubescens. Cor. coerulea. Media inter V. maritimam et longifoliam. An diversa a sequenti?

183. V. LONGIFOLIA. *Linn. R. S.* 1. 91. Folia opposita ternaque e cordata et subcordata basi attenuata longe acutata ad apicem usque serrata. Bracteae pedicello longiores. Cor. coerulea albave.

Var. a. *angustifolia.* Foliis anguste lanceolatis. V. maritima. *W. E.* 18.

Var. b. *latifolia.* Foliis late-lanceolatis. V. longifolia. *W. E.* 19. V. grossa. *Mart. R. S.* 1. 92. sec. specimina a Neesio accepta non differt nisi foliis profundius serratis.

Var. c. *abbreviata.* Foliis praesertim inferioribus brevius acutatis. V. acuta *Mart. R. S.* 1. 91. sec. specimina a Neesio accepta habet folia profundius serrata, basi subcordata. V. ambigua. *R. S.* 1. 92. sec. specimina ab eodem accepta ab hac varietate nullo modo differt. Simillima Berolini spontanea est. V. rigens *Mart. R. S.* 1. 93. foliis rigentibus basi subovata vix cordata paullo magis differt, nec tamen diversa videtur.

Var. d. *subincisa.* Foliis basi profunde serratis. Accedit ad sequentem at minor.

184. V. ELATIOR. *Ehrh. W. E.* 17. *R. S.* 1. 89. Tempore florendi serotino, caule ad 9. ped. alto, foliis longioribus rigidioribus nitidis a V. longifolia sat differt.

185. V. COMPLICATA. *Hoffm. W. E.* 19. *R. S.* 1. 89. Foliis longissimis angustissimis remote serratis a V. longifolia differt quidem, at formae tot intermediae sunt, ut crediderim speciem in hortis enatam.

186. V. AZUREA. Foliis lanceolato-linearibus longissimis sensim attenuatis ad apicem usque argute serratis serraturis baseos profundioribus, bracteis pedicello longioribus. Hab. . . . ♃. D. Hoc nomine ex horto Vindobon. Caul. 3. ped. superne pubescens. Fol. $\frac{3'}{4''}$ Cor. coerulea. Foliorum forma ut in praecedente et serraturae similes at multo longiores majores crebriores.

187. CRENULATA. *Hoffm. W. E.* 18. *R. S.* 1. 87. V. villosa. *Schrad. R. S.* 1. 97. Folia e cordata et subcordata basi attenuata ovata $\frac{2'}{1'}$ plerumque nervo incurvo. Cor. coerulea et alba petalis crenulatis. Parum villosa.

188. V. POLYSTACHYA. Foliis subsessilibus ovatis acutis serratis pubescentibus, ramis spiciferis congestis, floribus subsessilibus. Hab. . . . ♃. D. Caul. 2. ped. teres pubescens. Fol. $\frac{1'}{1''}$ ad apicem usque serrata subcomplicata acumine plerumque reflexo. Bracteae lineares inferiores flore longiores. Cal. pubescens. Cor. parva coerulescens. Floribus parvis sessilibus facile dignoscitur. Habitum monstrosum refert.

189. V. PONAE. *Gouan. R. S.* 1. 96. Fol. sessilia ovata grosse serrata. Bracteae pedicellis multo minores. Cor. coerulea.

β. *Foliis crenatis.*

190. V. SPICATA. *Linn. R. S.* 1. 93. V. Barrelieri *R. S.* 1. 94. Folia superiora oblonga aut ovata plerumque petiolata. V. orchidea *Crantz. R. S.* 1. 94. V. cristata *Bernhardi W. E. S.* 2. est varietas corollarum laciniis elongatis. Hab. in Austria, Hungaria. ♃. D. Cor. coerulea albave.

191. V. GENTIANOIDES. *Linn. W. E.* 20. *R. S.* 1. 90. Folia obverse lanceolata $\frac{3'}{7''}$ serrulata. Bracteae pedicellis breviores. Pedicelli 7''. V. pallida *Hornem. Hafn.* 1. 17. non minus in horto obvia differt foliis subserrulatis pallidioribus. V. gentianoides spontanea vix spithamea est, culta pedalis et ultra. Cor. in utraque coerulea,

192. V. BELLIDIOIDES. *Linn. W. E.* 19. *R. S.* 1. 99. Folia obverse oblonga $\frac{10''}{5'''}$. Racemus brevis. Pedic. 1'' l. Cor. coerulea. Capsulae magnae.

193. V. SAXATILIS. *Linn. W. E.* 20. *R. S. f.* 99. Caulis basi lignosus. Fol. obovata $\frac{4''}{2''}$ crenulata. Racemus brevis. Pedic. 4''. Cor. eleganter coerulea.

194. V. NUMMULARIA. *Gouan. R. S.* 1. 100. Caulis totus lignosus. Fol. subrotunda subintegerrima. Racem. brevis. Pedic. 2''. Cor. coerulea. Hab. in Pyrenaeis. ♄. D.

195. V. FRUTICULOSA. *Linn. R. S.* 1. 99. Caulis basi lignosus. Folia lanceolata et obverse lanceolata

$\frac{8''}{2''}$ Racem. brevis. Pedicelli 8''. Cor. rubella. Hab. in Alpibus europaeis. ♄. D.

196. V. ALPINA. *Linn. W. E.* 20. *R. S.* 1. 100. Caulis basi lignescens. Folia $\frac{8''}{5''}$—$\frac{10''}{4''}$. Racemus brevis. Pedic. 1''. Cor. rubra.

749. D. GLOMERATA. *Linn.* *W.* *E.* 110. *R.* *S.* 2. 625.

750. D. GLAUCESCENS. *W.* *E.* 111. *R.* *S.* 2. 626. Constans quidem permansit, nimis tamen affinis praecedenti.

751. D. HISPANICA. *Roth.* *W.* *E.* 110. *R.* *S.* 2. 626. Spiculae breviores ac in praecedente hirsutae; ad illam vero valde accedit.

752. D. MARITIMA. *Schrad.* *R.* *S.* 2. 627. Folia disticha, panicula subspicata non magis interrupta ac in D. hispanica, minus glomerata. Hab. in Europae australis maritimis. ♃. T.

753. D. REPENS. *Desf.* *R.* *S.* 2. 628. Folia disticha. Panicula spicata non interrupta cylindracea hirsuta.

138. UNIOLA.

Linn.

R. *S.* 2. 37.

754. U. LATIFOLIA. *Michaux.* *W.* *E.* 110. *R.* *S.* 594.

139. CERATOCHLOA.

Palisf. R. S. 2. 33.

757. C. UNIOLOIDES. *Palisf. R. S.* 2. 596. Festuca unioloides *W. E.* 115. *Hort. ber.* 1. *t.* 3.

140. POA.

Linn.

Spicula ovalis et oblonga flosculis approximatis. *Gl. cal.* multiflora mutica bivalvis, valvulis flosculo inferiore brevioribus. *Gl. cor.* bivalvis, valvulis muticis.

A. Semen corolla inclusum.

a. Panicula laxa.

758. P. AQUATICA. *Linn. W. E.* 103. *R. S.* 2. 559.
759. P. MARITIMA. *Linn. W. E.* 107. *R. S.* 2. 560. Rad. repente a sequente differt.
760. P. DISTANS. *W. Sp.* 1. 401. *E.* 108. *R. S.* 2. 544. Radix fibrosa.
761. P. BULBOSA. *Linn. W. E.* 106. *R.* S. 2. 536. Var. vivipara.
762. P. ALPINA. *Linn. W. E.* 103. *R. S.* 2. 541. Folia brevia. Corollae utique dorso subpubescentes.
763. P. CENISIA. *Allion. W. E.* 104. *R.* S. 2. 539. Vix a P. alpina diversa, nec nisi corolla dorso magis pubescente.
764. P. BADENSIS. *W. Sp.* 1. 392. *W. E.* 104. P. collina *S.* S. 2. 542. Folia brevia ut in praecedente. Nonnisi spiculis longioribus ultra 7 floris acutis differt.
765. P. SUDETICA. *Haenke. W. E.* 104. *R. S.* 2. 555. Folia latissima. Glumae angustae, corollinae glaberrimae.
766. P. PRATENSIS. *Linn W. E.* 104. *R. S.* 2. 532. P. pratensis angustifolia P angustifolia *Linn.* in horto immutata perstitit et tempore floreudi praecociori differt.
767. P. TRIVIALIS. *Linn. W. E.* 104. *R. S.* 2. 534.
768. P. GLAUCA. *Fl. dan. W. E* 105. Valde affinis P. pratensi at totius plantae glaucitie differt.
769. P. VIRIDIS. *Pursh am* 1. 79. *P. sudetica R. S.* 2. 555. Hab. in America boreali. ♃. Ɒ. Multo magis affinis P. pratensi, quam sudeticae, differt ab illa, spiculis magis compressis valvulae corollae magis acutatis nervis tribus eminentioribus. Corollae villis connexae, valvulae corollinae apice lutescentes.

770. P. COMPRESSA. *Linn.* *W. E.* 108. *R. S.* 2. 558. Serius floret ac P. pratensis.
771. P. ANNUA. *Linn.* *W. E.* 106. *R. S.* 2. 533.
772. P. NEMORALIS. *Linn* *W. E.* 108. *R. S.* 2. 546. Ligula brevissima; panicula tenuis, calyx biflorus, interdum uniflorus, corollae dorso tenuissime pubescentes. Glumae corollinae macula marginali aurea.
773. P. COARCTATA. *Decand. franc.* 6. 273. P. nemoralis montana *R. S.* 2. 546. P. debilis *Thuill. par. ed.* 2. 546. sec. herb. Willd. P. variegata *Host.* Convenit cum praec. ligula brevissima, panicula non effusa, macula aurea, differt spiculis plerumque non bifloris. An varietas?
774 P. PALUSTRIS. *Linn. Sp.* 98. P. serotina *Ehrh. W. E.* 105. *R. S.* 2. 553. Ligula longiuscula, panicula effusa spiculis multifloris, flosculis basi villo connexis. Valvulae cor. macula magna aurea.
775. P. STERILIS. *Marschall R. S.* 2. 349. Hab. in Tauriae collibus apricis. ♃. D. Dignoscitur spiculis elongatis compressis, valvulis margine coerulescente.
776. P. NERVATA. *W. Sp.* 1. 389. *E.* 105. *R. S.* 2. 550. P. lineata *Pers. syn.* 1. 89. Spiculae fusco-violaceae in nostra. In americana spiculae virides minores, pedicelli tenuiores.
777. P. NUTANS. Festuca nutans *Spreng. W. E.* 116. *R. S.* 2. 725. Spiculae 3‴ l. valvula corollina exterior obtusiuscula. Toto habitu, spiculis brevioribus, corollis plane muticis Poam refert. Hab. in sylvis umbrosis Novae Angliae ad Carolinam usque. ♃. D.
778. P. FESTUCAEFORMIS. *Host. W. E.* 105. *R. S.* 2. 561. Spiculae 4—5 l. longae.
779. P. CHINENSIS. *Linn. W. Sp.* 1. 357. *R. S.* 2. 557. *excl. syn.* Culmus compressus ramosus. Vaginae glabrae striatae. Ligula vix ulla. Paniculae rami arrecti, ramulis adpressis. Spiculae compressae 9 florae. Cal. valvulis lanceolatis flosculo inferior parum brevioribus. Cor. valvulae acutae trinerviae laeves glabrae apice purpurascentes. Hab. in Chiua. ⊙. C.

b. Panicula contracta.

780. P. PERUVIANA. *Jacq. W. E.* 209. *R. S.* 2. 564 Panicula spicaeformis. Glumae corollinae albentes lineis tribus viridibus.
781. P. CILIARIS. *Schwartz. W. E.* 110. Megastachya ciliaris *W. E.* 110. Panicula spicaeformis in-

terrupta. Spiculae parvae, glumae corollinae ciliis longis.

782. P. ELONGATA. *W. E.* 109. Megastachya elongata *R. S.* 2. 591. Panicula racemosa. Spiculae oblongae compressae flosculis approximatis. Valvulae trinerviae. Var. glumis eleganter purpurascentibus P. dependens *Horn. haf.* 92.

783. P. TENAX. Foliis planis striatis scabris, ligula brevi, paniculae ramis simpliciusculis, spiculis oblongis flosculis distantibus, valvulis corollinis acutatis glabris. Hab.... ♃. F. Nomine Fest. tenacis accepimus. Culmus 1 — 2 ped. laevis. Folia culmea 2—3 poll. longa, vaginis laevibus. Panicula racemosa. Spiculae 2 lin. longae 5 florae virides. Valvula calycina altera multo minor ac angustior. Valvulae corollinae laeves.

B. Semen liberum. Eragrostis.

784. P. MEGASTACHYA. *Schrad. germ.* 1. 288. *W. E. S.* 5. Briza Eragrostis *Linn. W. Sp.* 1. 405. Megastachya Eragrostis *R. S.* 2. 584. Hab. in Europa australi. ⊙. D. Valde affinis sequenti, at flosculi spiculae magis patentes nec adpressi, spiculae $\frac{5''}{1-2'''}$.

785. P. ERAGROSTIS. *Linn. W. E. S.* 5 *Sibth. Fl. gr.* 1. 73. Eragrostis poeoides *R. S.* 2. 577. Hab. in Hispania, Lusitania. ⊙. D. Spiculae $\frac{3''}{\text{vix } 1''}$.

786. P. PILOSA. *Linn. W. E.* 106. *R. S.* Panicula ramificationibus pilosis. Spiculae $\frac{3''}{\frac{1}{2}'''}$. 1. l. 1 — 15. florae valvulis coeruleo-coloratis.

787. P. VERTICILLATA. *Cavan. W. Sp.* 1. 393. Eragrostis verticillata *R. S.* 2. 575. Hab. in Hispania, Lusitania. Valde affinis praecedenti. Spiculae $\frac{2''}{\frac{1}{2}'''}$, 9 — 11. florae teneriores, macula coerulea valvularum ex antheris coloratis.

788. P. PUNCTATA. *Linn. Suppl. R. S.* 2. 568. Hab. in Malabaria. ⊙. C. Valde affinis praecedenti, nec nisi foliis angustis et teneritate omnium partium diversa.

789. P. AEGYPTIACA. *W. E.* 107. *R. S.* 2. 566. Valde affinis P. pilosae, at spiculae in ramulis paniculae multo magis confertae $\frac{3''}{\frac{1}{2}'''}$.

790. P. PURPURASCENS. *Spreng. novi prov.* 1. 33. Hab. . . . ☉. T. Spiculae vix appressae, $\frac{1''}{1\frac{1}{2}''}$. Dignoscitur panicula erecta nec nutante pedunculis strictis, foliis ad oras vaginarum non pilosis.

791. P. DESPICIENS. Vaginarum oris, paniculaeque axillis barbatis, ramis paniculae arrectis, pedicellis spiculisque deorsum flexis. Hab. . . . ☉. D. Culmus ½ ped. erectus laevis. Folia brevia laevia glabra, vaginis striatis ad oras barbatis. Panicula erecta, ramis rectis, pedicellis flexuosis deorsum versis brevibus. Spiculae 1″ valvulae cor. obtusae purpurascentes nervis 3 viridibus margine ciliato.

792. P. MEXICANA. *Lagasc. R. S.* 551. Hab. in imperio Mexicano. ☉. D. Pedicelli tenues. Spiculae breves latiusculae $\frac{3''}{2''}$. Valvulae calycinae subaequales, quae in praecedentibus inaequales.

793. P. CAPILLARIS. *W. E. S.* 5. *R. S.* 2. 552. P. caroliniana *Spreng. Cent.* 10. *R. S.* 2. 556. Hab. in America boreali. ☉. D. Folia glabra aut pilis longis hirsuta. Panicula effusa pedicellis tenuissimis. Spiculae $\frac{2''-3''}{\text{vix } 1''}$. Vix diversa a praecedente.

794. P. TENELLA. *Linn. W. E. S.* 6. Eragrostis tenella *R. S.* 2. 576. Panicula effusa; spiculae minutae, glumis ciliatis.

795. P. ABESSINICA. *Jacq. W. E.* 107. *R. S.* 2. 551.

141. BRIZA.

Linn. R. S. 32.

796. BR. MAXIMA. *Linn. W. E.* 110. *R. S.* 2. 521. Plantam non diversam coluimus nomine Br. capensis *v. Schrank. Hort. Monac. t.* 43. a Br. capensi vera longe diversam.

797. BR. MINOR. *Linn. W. E.* 110. *R. S.* 2. 519. Br. virens *W. E. S.* 6. a Briza minore non differt. Ligula longa acuta, nec brevis truncata ut in sequente. Eandem a Pr. b. sp. oriundam colimus.

798. BR. MEDIA. *Linn. W. E.* 110. *R. S.* 2. 520.

142. GLYCERIA.

Brown. R. S. 2. 41.

799. GL. FLUITANS. *Brown. R. S.* 2. 695. Festuca fluitans *Linn. W. Sp.* 1. 426. Poa fluitans *Smith. W.* E. 105.

143. TRIODIA.

R. S. 2. 33.

800. TR. DECUMBENS. *Palisf. R. S.* 2. 597. Festnca decumbens *Linn. W. Sp.* 1. 424. Hab. in Europae nemoribus. ♄. D.

144. TRIDENS.

R. S. 2. 34, Tricuspis *Palisf.*

801. TR. QUINQUEFIDA. *R. S.* 2. 599. Triodia cuprea *Jacq. Eclog.* 2. *t.* 16. Poa quinquefida *Pursh. am.* 1. 81. Hab. in pratis montosis novae Angliae ad Carolinam usque. ♃. D.

145. DIPLACHNE.

Palisf. R. S. 2. 36.

802. D. FASCICULARIS. *Palisf. R. S.* 2. 614. Festuca polystachya *Michaux W. E.* 117. Habitu et calyce subaristato distinctum genus.

146. SCHISMUS.

Palisf. R. S. 2. 33.

803. SCH. MARGINATUS. *Palisf. R. S.* 2. 584. Festuca calycina *Linn. W. Sp.* 1. 427. Hab. in Hispania, Gallia australi. ☉. D.

146. SCLEROCHLOA.

Palisf. R. S. 2. 42.

Semen in plurimis rostro bifido. Genus inflorescentia snbpaniculata, pedicellis incrassatis rigidisve distinctum.

804. SCL. DIVARICATA, *Palisf. R. S.* 2. 697. Poa divaricata *Gouan. W. Sp.* 1. 402. Hab. in Europa australi. ☉. D.

805. SCL. DURA. *Palisf. R. S.* 2. 698. Poa dura Pollich *W. E. S.* 5. Hab. in Europa media. ☉. D.

806. SCL. PROCUMBENS. *Palisf. R. S.* 2. 696. Poa procumbens *Smith. W. E.* 107. Affinis Scl. rigidae. Spiculae 3″ l.

807. SCL. RIGIDA. *Linn. W. E.* 107. Megastachya rigida *R. S.* 2. 591. Spiculae 5′—6′ l. tenues flosculis distantibus.

808. SCL. ARTICULATA. Festuca divaricata *Desfont. W. E.* 118. Schoenodorus divaricatus *R. S.* 2. 703. Valde affinis praecedenti at rachis articulata. Spiculae 8″ l.

809. SCL. DICHOTOMA. Festuca dichotoma *Forsk. W. E. S.* 6 Triticum maritimum *Linn. W. Sp.* 1. 481. Brachypodium maritimum *R. S.* 2. 743. Habitat in Angliae et Galliae maritimis. ☉. D. Spiculae 6—8″.

148. DINAEBA.

Delil. R. S. 2. 42.

810. D. ARABICA. *Jacq. R. S.* 2. 711. Dactylis paspaloides *W. E.* 111. Cynosurus retroflexus *Vahl. Willd. Sp.* 1. 412.

149. ATHEROPOGON.

Willd. R. S. 2. 21.

811. A. APLUDOIDES. *Mühlenb. W. E.* 1027. *R. S.* 2. 413. Racemus simplex. Spiculae secundae, pedicello inflexo nutantes.

149. FESTUCA.

Linn.

Gl. cal. mutica bivalvis, valvulis flosculo inferiore brevioribus subaequalibus. *Gl. cor.* bivalvis, valvula exteriore ex apice aristata. *Semen* corolla inclusum.

A. Foliis planis.

812. F. ELATIOR. *Linn. W. E.* 116. Schoenodorus elatior *Palisf. R. S.* 2. 699.

813. F. PRATENSIS. *Smith. W. E.* 116. Schoenodorus pratensis *Pal. R S.* 2. 698. Ad Glyceriam referenda esset, nisi nimis affinis praecedenti.

814. F. SYLVATICA. *Schrad. germ.* 1. 337. Poa trinervata *W. Sp.* 1. 389. *E. S.* 6. Schoenodorus calamarius *R. S.* 2. 701. Hab. in Europae sylvis. ♃. D.

Folia lata vaginis scabris, ligula brevis. Spiculae 3″—4″ l.

815. F. SEROTINA. *Schrad. W. E.* 117. Agrostis serotina *Linn. Mant.* 30. Schoenodorus serotinus *R. S.* 2. 702. Folia brevia disticha. Panicula ramis subracemosis.

816. F. DIANDRA. *Michaux. W. E.* 116. Culmus antrorsum scaber. Folia latissima. Panicula subracemosa. Spiculae 7″—8″ l. Valvula corollina exterior acuminata subulata, basi latissima reliquos flosculos amplectens. An generis proprii?

B. Foliis radicalibus capillaribus aut convolutis.

817. F. OVINA. *Linn. W. E.* 114. *R. S.* 2. 714. Spicula 2—3″ l.

818. F. TENUIFOLIA. *Smith. W. E.* 113. *R. S.* 2. 714. Varietas praecedentis.

819. F. GLAUCA. *Lam. W. E.* 114. *R. S.* 2. 720. Tota planta valde glauca. Spicula 4—5″ l. aristae non brevissimae. F. pallentem Host. Willdenow l. c. cum F. glauca combinat in Suppl. 6. seorsim citat. In Herbario Willdenowii F. pallens non est.

820. F. PALLENS. *Host. R. S.* 2. 721. Hab. in Pannonia, Austria. ♃. D. Nostra planta tota glabra, ab adfinibus foliis pungentibus distinguitur. Aristae longiusculae.

821. F. VALLESIACA. *Gaudin R. S.* 2. 721. Hab. in arenosis Vallesiae. Valde affinis praecedenti, differt tantum foliis antrorsum scabris.

822. F. AMETHYSTINA. *Host. W. E.* 114. *R. S.* 2. 718. Calycis et corollae valvulae subtillime ciliatae.

822. F. VAGINATA. *Kitaib. W. E.* 116. *R. S.* 2. 725. Folia longa. Spiculae paullo majores ac in praecedente, aristae longiores.

823. F. PUBESCENS. *W. E. S.* 6. Culmo adscendente anguloso foliis convolutis laevibus glabris, panicula nutante arcta, spiculis 9—10 floris aristatis pilosis. Hab. in Hungaria ♃. D. Culmus bipedalis. Radicatio repens. Folia longa sulcata glauca ligula biaurita. Spiculae 8″ l. valvulae corollinae exteriores 5 nerviae, arista 2″ l. F. hirsuta *W. E.* S. 6 nec in Herbario Willdenowii, nec in Horto botanico invenitur.

824. F. XANTHINA. *R. S.* 2. 221., F. flavescens *W. E.* 114. Valde affinis F. vaginatae, at aristae breviores saepe brevissimae, valvulae corollae vix ciliatae, folia versus basin flavescentia.

Omnes Festucae foliis omnibus filiformibus et ligula biaurita valde affines.

825. F. DURIUSCULA. *Linn. W. E.* 115. *R. S.* 2. 723.

827. F. RUBRA. *Linn. W. E.* 115. *R. S.* 2. 724. Differt a praecedente non nisi radicatione repente.

828. F. SPADICEA. *Linn. W. E.* 116. Schoenodorus spadiceus *R. S.* 2. 700. Spiculae 5′ l. muticae.

829 F. PUMILA. *Schrad. W. E.* 114. Schoenodorus pumilus *R. S.* 2. 706.

830. F. POAEFORMIS. *Host. gr.* 2. *t.* 81. F. rhaetica *Decand fl. fr. n.* 1580. Poa violacea Bellard. *W. E. S.* 6. Folia radicalia angusta, culmea latiora. Spiculae Poae 4″ l. aristae breves, pili breves circa flosculos.

150. MYGALURUS.

Gluma cal. univalvis aut bivalvis, valvula altera minima, multiflora spicula brevior. *Gl. cor.* bivalvis, valvula altara prope apicem aristata. *Semen* corolla inclusum.

831. M. CAUDATUS. Festuca Myurus *Lam. W. E.* 115. *R. S* 2. 726

832. M. BROMOIDES. Festuca bromoides *Linn. W. E. S.* 6 *R. S.* 2. 725. Hab. in Europa media et australi. ⊙. D. Affinis praecedenti at panicula erecta.

833. M. ALOPECUROIDES. Festuca alopecuros *Schousb. W. E* 118. *R. S.* 2. 727. F. ciliata *R. S.* 2. 728: quam descripseram, cum Schousboei planta nondum cognita esset Festuca ciliata Hostii, Marschalli aliorumque longe differt.

834. M. UNIGLUMIS. Festuca uniglumis *Smith. W. E. S.* 6. *R. S.* 2. 728. Hab. in Europa media et australi. ⊙. D. Stipa membrauacea affinis quidem at diversa pedicellis magis incrassatis.

835. M. DELICATULUS. Festuca delicatula *Lagasc. R. S* 2. 729 Hab. in Hispania. ⊙. T. Panicula secunda racemosa distinctissima planta.

836. M. GENICULATUS. Festuca geniculata *W. E.* 118. Bromus geniculatus *Linn. R. S.* 2. 652. Bro-

mus stipoides *Linn. Mant.* 55. Festuca stipoides *R. S.* 2. 729. Bene conjunxit Willdenow Bromum geniculatum et Br. stipoidem *Linn.* cfr. *R. S.* 2. 729. Pedicelli dilatati ut in Stipa membranacea Linn.!

151. BROMUS.

Linn. R. S. 2. 38.

A. Annui.

837. BR. SECALINUS. *Linn. W. E.* 119. *R. S.* 2. 633.
838. BR. COMMUTATUS. *Schrad. W. E.* 119. *R. S.* 2. 634 Spiculae absque aristis 1′ 2″ l. Aristae 3″ l.
839. BR. VELUTINUS. *Schrad. R. S.* 2. 634. Hab. in Europae mediae et australis arvis. ⊙. D. Affinis Br. secalino at minor.
840. BR. ARVENSIS. *Linn. W. E.* 121. *R. S.* 2. 646. Affinis Br. commutato, at minor, spiculae 6—7″ l.
841. BR. MOLLIS. *Linn. W. E.* 121. *R. S.* 2. 636.
842. BR. CONFERTUS. *Marschall. R. S.* 2. 636. Hab. in Iberia. ⊙. D. Spiculae utique hirsutae. Spica verticillata, spiculis gracilioribus a paecedente differt.
843 BR. SQUARROSUS. *Linn. R. S.* 2. 640. Ab hoc vix diversus est Br. wolgensis *Sprengel W. E. S.* 6. *R. S.* 2. 640. Hab. in Europa australi. ⊙. D.
844. BR. LANCEOLATUS. *Roth. W. E.* 120. *R. S.* 2. 638 Nonnisi spiculis longioribus angustioribus a praecedente differt, nimis tamen affinis.
845. BR. PENDULINUS. *Sesse. W. E. S.* 6. *R. S.* 2. 644. Hab in Nova Hispania. ⊙. D. Totus glaber. Spiculae 1′ aristae 4″.
846. BR. STERILIS. *Linn. W. E.* 120. *R. S.* 2. 647. Spiculae glabrae 1′ l. arista ultra 1′ l.
847. BR. TECTORUM. *Linn. W. E.* 126. *R. S.* 2. 648 Spiculae 1′ l. aristae fere 2″ l. In Bromo maximo Desfont spicula 1′ 8″ l. aristae non longiores.
848. BR. RIGIDUS *Roth. R. S.* 2. 651. Br. rubens *W. E.* 121. sec. herb. Spicula fere 1′ l. aristae 1½′ l. rubentes.

B. Perennes.

849. BR. LAXUS. *Hornemann W. E. S.* 6. *R. S.* 2. 641. Hab. . . . ⊙. D. Folia et vaginae pilis sparsis brevibus. Spiculae 1′ 2″ l. pubescentes, aristae 2″—3″ l.

850. BR. PURGANS. *Linn. W. E.* 120. *R. S.* 2. 642. Similis praecedenti, spiculae aristaeque eadem fere longitudine, at vaginae pilis densis brevibus reflexis.

851. BR. PUBESCENS. *W. E.* 120. *R. S.* 2. 642.

852. BR. CILIATUS *Linn. W. E. S.* 6. *R. S.* 2. 646. Hab. in Canada. Valvulis corollinis evidenter ciliatis differt.

853. BR. LONGIFLORUS. *W. E. S.* 6. *Sprengel pugill.* 2. 23. *R. S.* 2. 645. Hab. . . . ♃. D.

854. BR. STENOPHYLLUS. Br. angustifolius. *Hornem. hafn. Suppl.* 13. nec *Marschall t. c.* 1. 53. Habitat . . . ♃. D. Culmus 3—4 ped. laevis. Vaginae glabrae striatae. Folia $1\frac{1}{2}''$ lata glabra striata. Ligula brevissima. Panicula arcta nutans pedalis. Spiculae $1\frac{1}{2}$—$2'$ l. valvulae corollinae laevissimae glaberrimae angustae 7—$8''$ l. arista recta $3''$ l.

855. BR. ERECTUS. *Smith. R. S.* 2. 637. Br. agrestis *W. E. S.* 6, Hab. in Europa media et australi. ♃. D. Folia radicalia filiformia longe ciliata. Spiculae $1\frac{1}{2}'$ l. aristae $1\frac{1}{2}''$ l.

856. BR. INERMIS, *Linn. W. E.* 120. Festuca speciosa *Schreb. spicil.* 59. Schoenodorus inermis *R. S.* 2. 701. Aristae breves $1''$ l.

857. BR. ASPER. *Linn. W. E. S.* 6. *R. S.* 2. 643. Hab. in Europae sylvis. ♃. D. Vaginae hirtae. Folia basi ciliata $5''$ lata. Spiculae $1'$ $2''$ l. aristae $3''$ l. Br. hirsutissimus Cyrill. non differt cfr. *R. S. l. c.*

858. BR. GIGANTEUS. *Linn. W. E.* 121. *R. S.* 2. 644. Vaginae foliaque glabrae. Spiculae $6'$ l. aristae $4''$ l.

C. Gramina spicata.

152. BRACHYPODIUM.

R. S. 2. 43.

Flores breviter pedicellati.

859. BR. PINNATUM. *Palisf. R. S.* 2. 737. Bromus pinnatus *Linn. W. Sp.* 1. 438. Festuca pinnata *W. E.* 117.

860. BR. RUPESTRE. *R, S.* 2. 736. Bromus rupestris *Host. gr.* 4. *t.* 17. Hab. in Europa australi. ♃. D. Spiculis glabris a praecedente differt.

861. BR. RAMOSUM. R. *S.* 2. 737. Festuca caespitosa *Desf. atl.* 1. *t.* 24. *f.* 1. Culmus a basi ramo-

sissimus. Spica pauciflora. Habemus nomine Festucae phoenicoides, quae vero major culmo simplici, spica multiflora.

862. BR. OBTUSIFOLIUM. Festuca obtusifolia Lagasc. ined. Hab. in Hispania. ♃. T. Culmus ramosus repens scaber. Folia convoluta obtusa rigida glabra. Spiculae alternae aristatae glabrae. Affine praecedenti differt culmo scabro.

863. BR. SYLVATICUM. *R. S.* 2. 741. Bromus gracilis *Willd. Sp.* 1. 438. Festuca gracilis *Schrad. W. E.* 118.

864. BR. UNIOLOIDES. Triticum unioloides *W. E.* 136. P. sicula *Jacq. R. S.* 2. 569. Habitus Uniolae.

865. BR. DISTACHYUM. *R. S.* 2. 741. Festuca distachyos *Linn. W. E.* 118.

866. BR. RIGIDUM. Br. asperum *R. S.* 2. 742. Festuca rigida *Roth. W. E.* 119. Culmo aspero a praecedente differt.

867. BR. FESTUCOIDES. Festuca tenella *Linn. W. E.* 113. Pedicelli tenues filiformes, hinc panicula racemosa et species a Festucis parum recedens.

868. BR. TENUIFLORUM. *R. S.* 2. 745. Festuca tenuiflora *Schrad. W. E.* 118. Triticum tenellum *Host. gr.* 2. *t.* 26. Pedicelli brevissimi crassiusculi.

869. BR. NARDUS. Br. tenellum *R. S.* 2. 745. Triticum Nardus *Decand. fl. fr.* 3. 87. *W. E. S.* 6. A praecedente culmo crassiore flosculis longius aristatis, pedicello crassiore longiore sat differt.

870. BR. HALLERI. *R. S.* 2. 744. Tr. tenellum *W. Sp.* 1. 482. sec. herbar. Tr. Poa *Decand. fr.* 3. 86. *R. S.* 2. 745. non differre videtur. Hab. in Europa australi. ☉. D. Spiculae sessiles non secundae 8" l. valvulae corollinae exteriores laevissimae obtusae muticae.

871. BR. LOLIACEUM. *R. S.* 2. 746. Triticum loliaceum *Smith. br.* 1. 159. Tr. Rottboella *Dec. fr.* 3. 83. Hab. in maritimis Europae australis. ☉. D. A praecedente differt spiculis approximatis a prima aetate distichis, quae in illa primo teretes tum distichae flosculis distantibus. Alterum Brach. loliaceum *R. S.* 2, 740. Tenorii vocatur.

153. GAUDINIA.

Palisf. R. S. 2. 41.

872. G. FRAGILIS. *Palisf.* R. S. 2. 694. Avena fragilis *Linn.* *W.* E. S. 6. Hab. in Europa australi ☉. D.

154. TRITICUM.

Linn.

Gluma cal. bivalvis multiflora spicula brevior, valvulis subaequalibus flosculos includentibus, muticis aut uniaristatis. *Gl. cor.* bivalvis, valvula altera saepe ex apice aristata. *Semen* corolla inclusum rarius liberum.

873. TR. VULGARE. *W.* E. 133. T. aestivum et hybernum *Linn.* R. S. 2. 761. 763. *Seringe Cereal. d. l. Suisse* 86. Hujus colimus multas varietates, aestivum, hybernum, velutinum, pubescens tam aestivum quam hybernum, compactum.

874. TR. TURGIDUM. *Linn.* *W.* E. 133. R. S. 2. 763. *Seringe. Cereal. d. l. Suisse* 97. Hujus quoque habemus plurimas varietates, rufum, album, nigrum, glabrum, nec non T. compositum *Linn.* *W.* E. 133. R. S. 2. 753.

875. TR. DURUM. *Desfont.* *Seringe. Cer. d. l. Suisse* 107. nec non varietatem T. hordeiforme Host. Carina glumarum promineus. Aristae longissimae. Semina dura.

877. TR. POLONICUM. *Linn.* *W.* 133. R. S. 2. 766.

878. TR. SPELTA. *Linn.* *W.* E. 134. R. S. 2. 767. *Seringe. Cer. d. l. Suisse* 118 Tr. Zea *Host.* 3. *t.* 29. R. S. 2. 766. varietates aristatae, muticae, rufae, albae.

879. TR. AMYLEUM. *Seringe. Cer. d. l. Suisse* 124. cum praec. commutatum, glaucum; nec non varietates Tr. Cienfuegos Lagasc. Tr. atratum Host.

880. TR. MONOCOCCUM. *Linn.* *W.* E. 133. R. S. 2. 766.

881. TR. VILLOSUM. *Palisf.* R. S. 2. 768. Secale villosum *Linn.* *W.* E. 132. Valvulae calycinae costis duabus fasciculato-pilosis.

882. TR. PROSTRATUM. *Linn. Sp.* *W.* E. S. 6. Agropyrum prostratum R. S. 2. 757. Hab. in desertis aridissimis prope Kisljar et Astrachan. ♃. D. Spica brevis 6‴ l. Valvulae calycinae et corollinae longe

acutae et hinc aristatae, Valvulae calycinae carina elevata rotundata.

883. TR. SQUARROSUM. *Roth*, *W. E. S.* 6. *R. S.* 2. 768. Tr. patulum *W. E.* 134. Valvulae longe acutatae carina asperrima.

884. TR. SIBIRICUM. *W. E.* 135. Agropyrum sibiricum *R. S.* 2. 756. Vix Tr. repenti simile. Valvulae calycinae breves arista brevi, corollinae acutae muticae, utrasque glabrae.

885. TR. VARIEGATUM. *Spreng. pug.* 2. 24. Agropyrum variegatum R. *S.* 2. 759. Valvulae calycinae et corollinae glabrae muticae, corollina interior ciliata. Affine praecedenti nec T. repenti.

886. TR. DENSIFLORUM. *W. E.* 135. Agropyrum densiflorum *R. S.* 2. 733. Valvulae calycinae aristatae at longiores ac in Tr. sibirico, corollinae brevissime aristatae, utraeque glabrae.

887. TR. PECTINATUM. *Marschall W. E.* 135. Agropyrum pectiniforme *R. S.* 2. 758. Valvulae calycinae angustae, hae et corollinae glabrae aristatae.

888. TR. CRISTATUM. *Schreb. gram.* 1. *t.* 23. *f.* 2. Agropyrum cristatum *R. S.* 2. 758. Hab. in Tauriae et Caucasi graminosis. Affine praecedenti, differt spiculis paucifloris.

889. TR. DESERTORUM. Culmo erecto, foliis planis, spica erecta elongata, spiculis paucifloris, valvulis corollinis aristatis carina longe ciliatis, Hab. in deserto Cumano. ♃. D. Fischer. Culmus 2 ped. altus basi geniculatus. Vaginae striatae laeves glabrae; folia plana laevia glabra. Valvulae calycinae et corollinae aristatae, aristis longitudine valvularum. Cilia in carina valvulae corollinae longae remotiusculae.

890. TR. ANGUSTIFOLIUM. Culmo erecto, foliis subfiliformibus, valvulis calycinis aristatis suboctofloris carina ciliatis, corollinis subulato-aristatis hirtis. Hab. in Sibiria. ♃. D. Ab adfinibus differt foliis angustioribus demum convolutis. Culmus tenuis debilis bipedalis. Folia supra striata scabra. Spica ut in Tr. pectinato at ciliis calycinis differt. Hirsuties flosculorum variat.

891. TR. MURICATUM. Culmo erecto, foliis lanceatis, valvulis calycinis aristatis octofloris margine ciliatis, corollinis subulato aristatis hirtis. Hab. in Sibiria ♃. D. *Hort. Gorenk.* Culmus 2—3 ped. Folia d—4″

Bayerische
Staatsbibliothek
München

l. scabra. Spiculae approximatae distichae 6″ l. aristae 2″ l. Pili calycis et corollae longi. Hae species sibi valde affines parum constantes videntur.

892. TR. REPENS. *Linn. W. E.* 134. Agropyrum repens *R. S.* 2. 754.

893. TR. CANINUM. *Linn. Sp.* 1. 86. Elymus caninus *Linn. W Sp.* 1. 469. Agropyrum caninum *R. S.* 2. 756.

894. TR. LITTORALE. *Host. W. E. S.* 6. Agropyrum acutum *R. S.* 2. 731. Hab. in maritimis Europae australis. ♃. D. Folia apice convoluta. Valvulae calycinae et corollinae aristatae.

895. TR. OBTUSIFLORUM. *Decand. Cat. monsp.* 153. Tr. junceum *W. E. S.* 6. Agropyrum obtusiflorum *R. S.* 2. 753. Hab. in littoribus Europae. ♃. D.

896. TR. RIGIDUM. *Schrad. W. E.* 135. Agropyrum rigidum *R. S.* 2. 752. Magnitudine a pracedentibus differt.

897. TR. RUPESTRE. Culmo erecto, foliis planis supra striatis scabris, spiculis trifloris, valvulis calycinis obtusis quinquenerviis, corollinis aristatis glabris. Hab. in Sibiria. ♃. F. Fischer. Minus Tr. repenti. Spiculae tenues 5—6″ l. aristae. 5—6″ l.

155. LOLIUM.

Linn. R. S. 2. 44.

898. L. SPECIOSUM. *Marschall R. S.* 2. 750. Hab. in Iberia, Tauria. ⊙. D. Culmus scaberrimus. Valvula calycina spicula longior.

899. L. TEMULENTUM. *Linn. W. E.* 129. *R. S.* 2. 749.

900. L. ARVENSE. *Wither. W. E.* 129. *R. S.* 2. 748.

901. L. COMPLANATUM. *Schrad. N. Journ. d. Bot.* 4. 73. L. rigidum *Gaudin R. S.* 2. 749. L. asperum *W. E. S.* 6. Hab. in Helvetia australi. ⊙. D. Culmus asperiusculus. Valvula calycina spiculae longitudine.

902. L. PERENNE. *Linn. W. E.* 128. *R. S.* 2. 747. Culmus laevis. Spicula 4—5″ l. valvula calycina 3″—4′ l.

903. L. MULTIFLORUM. *Lam. R. S.* 2. 748. Hab. in Europa ad margines agrorum. ⊙. D. Culmus in nostro laevissimus. Spicula 6″. l. at valvula calycina

Bayerische Staatsbibliothek München

vix 3″ l. Est variet. β. Decand. et fortassis a var α. discrepans.

156. SECALE.

Linn. R. S. 2. 45.

904. S. CEREALE. *Linn. W. E.* 132. *R. S.* 2. 773.
904. 'a. S. FRAGILE. *Marshall taur. cauc.* 3. 95. Differt a praecedenti cui valde simile aristis longioribus magis scabris, praesertim aristis calycinis elongatis.

157. ELYMUS.

Linn. R. S. 2. 45.

905. E. ARENARIUS. *Linn. W. E.* 130. *R. S.* 2. 773.
906. E. GENICULATUS. *Curt. W. E.* 130. *R. S.* 2. 774. Valde affinis praecedenti, sed altior, gracilior, demum superne geniculo inflexus.
907. E. SABULOSUS. *Marschall W. E.* 130. *R. S.* 2. 774. Valvulae calycinae angustiores ac in praecedente; corollinae semiglabrae.
908. E. GIGANTEUS. *Vahl. W. E.* 130. *R. S.* 2. 774. Spiculis flosculisque magis patentibus a praecedentibus differt.
909. E. SIBIRICUS. *Linn. R. S.* 2. 775. E. tener *W. E.* 131. sec. herb. Spica debilis nutans.
910. E. CANADENSIS. *Linn. W. E.* 131. *R. S.* 776. Differt a praecedente praesertim spiculis hirsutis.
911. E. PHILADELPHICUS. *Linn. W. E.* 131. *R. S.* 2. 775. Spiculis multifloris multo longioribus ac in praecedente, aristisque longioribus differt. Willdenow in herbario et Enumeratione non bene distinxit.
912. E. GLAUCIFOLIUS. *Mühlenb. W. E.* 131. *R. S.* 2. 776. Spica erecta; spiculae vix biflorae. Color glaucus.
913. E. VILLOSUS. *Mühlenb. W. E.* 131. *R. S.* 2. 776. Spiculae hirsutae ut in E. canadensi at spicae erectae densae. Color viridis.
914. E. VIRGINICUS. *Linn. W. E.* 131. *R. S.* 2. 776. Spica erecta densa, valvulis calycinis elevate quinquenerviis. Flosculi saepe hirti.
915. E. STRIATUS. *W. E.* 131. *R. S.* 2. 777. Multo minor et tenerior praecedente, valvulae calycinae angustiores elevate trinerviae.

916. E. EUROPAEUS. *Linn. W. E.* 132. *R. S.* 2. 777. Habitus pracedentis spiculae magis appressae, valvulae calycinae uninerviae.

917. E. CAPUT MEDUSAE. *Linn. W. E.* 132. *R. S.* 2. 777. Valvulae calycinae basi divaricatae. Spiculae in nostris semper glabrae. E. intermedius *W. E. S.* 6. habet valvulas calycinas basi non ita divaricatas ac in genuino, at nullo modo diversus. *Marschall taur. cauc.* 3. 91. hujus nominis Elymum eum sequente junxit.

918. E. CRINITUS. *Schreb. R. S.* 2. 777. Hab. in Pannonia, Tauria. ☉. D. Valvulae calycinae ternae pedicellatae. Spicula uniflora ut in Hordeo.

158. ASPRELLA.

Humboldt. W. E. 132.

919. A. HYSTRIX. *Humb. W. E.* 132. Elymus hystrix *Linn. R. S.* 2. 779. Habitu Elymus, charactere differt.

159. HORDEUM.

Linn. R. S. 2. 48.

920. H. VULGARE. *Linn. W. E.* 1037. *R. S.* 2. 791.
921 H NIGRUM. *Linn. W. E.* 1037. *R. S.* 2. 791. Nonnisi colore glumarum corollae induratarum nigro differt.

922. H. HEXASTICHON. *Linn. W. E.* 1038. *R. S.* 2. 791. Est ♂. nec ☉. Aristae basi patentes quae in H vulgari arrectae.

923. H. ZEOCRITON. *Linn. W. E.* 1038. *R. S.* 2. 793.
924. H. DISTICHON. *Linn. W. E.* 1038. *R. S.* 2. 793.
925. H. MURINUM. *Linn. W. E* 1038. *R. S.* 2. 793.
926. H. SECALINUM. *W. E.* 1038. H. pratense *R. S.* 2. 794.

927. H. MARITIMUM. *Wither. W. E.* 1038. *R. S.* 2. 795. Aristae basi patentes.

928. H. BULBOSUM. *Linn. R. S.* 2. 792. Hab. in Europa australi. 2ↄ. D. Nostra est planta Barrelieri t. 112. f. 2. Hordeo secalino affine involucris scabris nec ciliatis, radice bulbosa.

160. AEGILOPS.

929. A. OVATA. *Linn.* *W.* *E.* 1039. *R.* *S.* 2. 771. Variat spiculis glabris et hirsutis.
930. A. TRIARISTATA. *W.* *E.* 1039. *R.* *S.* 2. 771. Variat uti praecedens. Aristae magis divaricatae.
931. A. CYLINDRICA. *Host.* *W.* *E.* 1039. *R.* *S.* 2. 770. Spicula terminalis multo longius aristata reliquis. Valvulae corollinae inferiorum spicularum aristis brevibus. Ab A. caudata vix diversa.
932. A. SQUARROSA. *Schreb.* *W.* *E.* 1039. Triticum Aegilops *R.* *S.* 2. 769. Praecedenti similis. Spiculae appressae ut in Anthephora. Valvulae corollinae spicularum inferiorum aristis longiusculis.]

161. ANTHEPHORA.

Palisf. *R.* *S.* 2. 28.

933. A. ELEGANS. *Schreb.* *R.* *S.* 2. 497. Tripsacum hermaphroditicum *Linn.* *Sp.* 2. 202. Hab. in India occidentali. ☉. T.

162. OPHIURUS.

Palisf. *R.* *S.* 2. 48.

934. O. INCURVATUS. *Palisf.* *R.* *S.* 2. 797. Rottboella incurvata *Lam.* *Suppl.* *W.* *E.* 129. Spica crassiore conica saepe contorta.
935. O. PANNONICUS. *Palisf.* *R.* *S.* 2. 798. Rottboella pannonica *W.* *E.* 129. Rottb. salina *Hort.* Rottb. biflora *Roth.* *Pers.* *syn.* 1. 130. Intermedia crassitie spicae inter hunc et sequentem.
936. O. FILIFORMIS. *Palisf.* *R.* *S.* 2. 797. Rottboella filiformis *W.* *E.* 129. Spica tenuissima filiformis.

163. MONERMA.

Palisf. *R.* *S.* 2. 48.

937. M. MONANDRA. *Palisf.* *R.* *S.* 2. 799. Rottboella monandra. *Schrad.* *W.* *E.* 129. Genus valvula calycina unica distinctum.

164. CYNOSURUS.

Linn. *R.* *S.* 2. 30.

938. C. CRISTATUS. *Linn.* *W.* *E.* 129. *R.* *S.* 2.

163. LUDOLFIA.

Willd. Mag. d. Gesellsch. naturforsch. Freunde z. Berlin. 1808. *p.* 320.

939. L. GLAUCESCENS. *W. l.* c. Arundinaria glaucescens *R. S.* 2. 846. Hab. in India orientali. ♃. C. Hisce annis non floruit.

166. BECKMANNIA.

Host. R. S. 2. 41.

940. B. ERUCAEFORMIS. *Host. W. E.* 38. *R. S.* 2. 695. Phalaris erucaeformis *Linn. Sp.* 80. Eleochloa. v. s.

167. DIGITARIA.

Willd. W. E. 92. *R. S.* 2. 25.

941. D. SANGUINALIS. *W. E.* 92. *R. S.* 2. 469. Panicum sanguinale *Linn. Sp.* 84.

942. D. HUMIFUSA. *W. E.* 93. D. glabra *R. S.* 2. 471. Syntherisma glabrum *Schrad. germ.* 1. 163. *t.* 3. *f.* 6. Affinis pracedenti habitu minore et glabritie differt.

943. D. AEGYPTIACA. *W. E.* 93. *R. S.* 2. 471. Characteres pro distinguenda specie a prima non sufficiunt, nec nisi magnitudine spicisque magis divaricatis differt.

944. D. CILIARIS. *W. E.* 93. *R. S.* 472. Culmus adscendens. Glumis ciliatis a praecedentibus distincta.

945. D. MARGINATA. Culmo decumbente, vaginis ore pilosis, spicis divaricatis, valvulis corollinis margine ciliatis. Hab. in Brasilia. ⊙. C. A praecedente sat differt culmo plane decumbente, spicis brevioribus magis divaricatis, ciliis valvularum approximatis et ita adpressis, ut primo intuitu non conspiciantur.

168. PASPALUS.

Linn. R. S. 2. 13.

946. P. MEMBRANACEUS. *Flügge R. S.* 2. 290. Ceresia elegans *Pers. W. E.* 88. Rachi foliacea margine fusca dense ciliata elegantissimum gramen.

947. P. SCROBICULATUS. *Flügge R. S.* 2. 296. P. Kora *W. E.* 89. Valvulae calycinae in nostris trinerviae. Planta glabra.

948. P. PUBESCENS. *W. E.* 89. *P. setaceus. Flügge R. S.* 2. 306. Folia hirta. Valvulae calycinae laevissimae glabrae.

949. P. TENELLUS. *W. E.* 89. *R. S.* 2 313. P. elegans *Flügge Monogr.* 184. Folia lata hirta ad oras vaginarum pilosa. Pili ad ortum pedicellorum. Valvulae calycinae pubescentes.

950. P. INAEQUALE. Vaginis foliisque inferioribus hirtis, spiculis senis approximatis filiformibus, valvula calycina altera duplo minore. Hab. in Manila. ♃. C. Dr. d. Chamisso invenit. Culm. 1 — 2 ped. adscendens. Vaginae inferiores hirsutae, folia pubescentia; superiores pilis sparsis hirtae, folia glabra. Spicae 2′ l. rachi flexuosa. Spiculae pedicellatae bracteola minima sub pedicello. Valvula calycina exterior corollae aequalis trinervia viridis ciliata, interior duplo minor truncata apice et margine ciliata. Valvulae corollinae aequales laevissimae, una involvente alteram. Habitus Digitariae, at character, quantum videre licuit, Paspali.

951. P. STOLONIFERUS. *Bosc. W. E.* 90. *R. S.* 2. 295.
Sturmia v. s.

169. CYNODON.

Richard. R. *S.* 2. 20.

952. C. DACTYLON. *Pers. W. E.* 90. *R. S.* 2. 410. Panicum dactylon *Linn. Sp.* 85.

953. C. LINEARIS. *W. E.* 90. *nota R. S.* 2. 412. Valde affinis praecedenti, nec nisi teneritate et brevitate spicarum discrepans.

170. LEPTOCHLOA.

Palisf. R. S. 2. 32.

954. L. TENERRIMA. *R. S* 2. 501. Eleusine tenerrima *Hornemann W. E. S.* 6. Hab. in China ☉. T. Spiculae minutae ½″ l. Valvulae virides apice violaceae.

955. L. FILIFORMIS. *R. S* 2. 580. Eleusine filiformis *Pers. W. E. S.* 6. Hab. in America meridionali. ☉. C. Spiculae vix 1″ l. totae violaceae muticae.

956. L. DOMINGENSIS. Rhabdochloa domingensis. *Palisf. R. S.* 2. 619. Eleusine domingensis *Pers.*

W. E. 113. A. L. virgata differt primo adspectu spiculis approximatis nec praesertim versus basin magis dissitis. Character in aristis positus fallax.

171. ELEUSINE.

Gärtn. R. S. 2. 32.

957. EL. CORACANA. *Gärtn. W. E.* 112. *R. S.* 2. 681. Spicae breviores latiores.

958. EL. INDICA. *Gärt. W. E.* 113. *R. S.* 2. 582. Spicae longiores graciliores. Genus seminis utriculo distinctissimum.

172. DACTYLOCTENIUM.

Willd. E. 1029. *R. S.* 2. 33.

959. D. AEGYPTIACUM. *W. E.* 1029. *R. S.* 2. 583. Cynosurus aegyptius *Linn. Sp.* 106.

173. ACTINOCHLOA.

Palisf. R. S. 2. 22.

960. A. PROCUMBENS. *R. S.* 2. 22. Chloris monostachya *W. E. S.* 6. 8. Hab. in insulis Philippinis. ⊙. C. Folia angusta. Spica falcata secunda densa.

174. CHLORIS.

Swartz. R. S. 2. 35.

961. CHL. RADIATA. *Swartz W. E.* 1029. *R. S.* 2. 606. Agrostis radiata *Linn. Sp.* 94. Spicae numerosae tenues ultra 2′ l. aristae 3″ l.

962. CHL. PALLIDA. *W. E.* 1029. *R. S.* 2. 607. Affinis praecedenti et vix diversa. Spicae breviores pallidae nec fuscescentes.

963. CHL. BARBATA. *Swartz. R. S.* 2. 608. Hab. in India orientali. ⊙. C. Affinis sequenti. Spiculae et flosculi breviores. Aristae fuscescentes.

964. CHL. POLYDACTYLA. *Sw. W. E.* 1029. *R. S.* 2. 608. Haec et praecedens fasciculis pilorum ex apice truncato glumae exterioris corollae floris hermaphroditi dignoscenda.

965. CHL. COMPRESSA. *Decand. R. S.* 2. 609. Vaginae compressae glabrae ad oras barbatae. Spicae 5—6 nec ut in praec. 15—18. Cor. ciliata ut in praeced. Flos neuter aristatus includit flosculum minutum muticum.

966. CHL. CILIATA. *Sw. W. E.* 1028. *R. S.* 2. 606. Valvulae corollinae apice marginatae membrana rotundata ciliata.

967. CHL. INFLATA. Vaginis glaberrimis, spicis vicenis valvula cor. flosculi hermaphroditi apice ciliata, flosculis duobus neutris aristatis inflatis. Hab. in California. ♃. C. Culmus 2—3 pedal. laevissimus. Vaginae teretes glabrae, ligula brevis. Spicae ultra 3′ l. Rachis ad flores pilis sparsis. Flos herm. bivalvis, valva exteriore rotundata longe ciliata e carina arista 3″ l. interior aequalis non ciliata. Flos neuter primus valvula inflato-concava aristata, alter a primo amplexus versus florem hermaphroditum similiter valvula inflato concava aristata. E. seminibus Dr. d. Chamisso.

175. EUSTACHYS.

Palisf. R. S. 2. 35.

968. E. PETRAEA. *Devaux R. S.* 2. 35. Chloris petraea *Thunb. W. E.* 1028. *R. S.* 2. 614.

176. ERIANTHUS.

Michaux. R. S. 2. 14.

969. E. RAVENNAE. *R. S.* 2. 323. Saccharum Ravennae *W. E.* 82.

970. E. SACCHAROIDES. *Michaux W. E.* 46. *R. S.* 2. 323.

177. SACCHARUM.

Linn. R. S. 2. 12.

971. S. OFFICINARUM. *Linn. W. E.* 52. *R. S.* 2. 285.

972. S. VIOLACEUM. *Tussac. W. E. S* 5. *R. S.* 2. 285. Colitur in India utraque. ♃. C. Colore violaceo culmi et spicularum differt.

178. ANDROPOGON.

Linn. R. S. 2. 52.

973. A. SACCHAROIDES. *Swartz. R. S.* 2. 815. *W. E. S.* 63. Hab. in Jamaica. ♃. C. Nondum floruit.

974. A. LAGUROIDES. *Decand. R. S.* 2. 816. Hab. in N. Hispania. ♃. C. Spica paniculata tota lanata et nodis glabris ab affinibus differt.

975. A. STRICTUS. *Host. W. E.* 1020. *R. S.* 2. 815. Spicae paniculatae panicula contracta.

B. Spicis alternis approximatis ut fere fasciculatis.

976. A. ANGUSTIFOLIUS. *Smith R. S.* 2. 822. A. Ischaemum *Linn. W. E.* 1028. Valvulae calycinae glabrae aut basi hirsutae, pedicellus pilosus.

977. A. COMOSUS. *Sprengel nov. prov. p.* 5. Hab. in Aegypto, Arabia. ♃. T. Affinis praecedenti differt pedicellis minus pilosis, aristis longioribus.

978. A. ANNULATUS. *Vahl. R. S.* 2. 820. *Delil. aegypt.* 151. *t.* 7. *f.* 2. A. affinis *Sprengel uovi provent pag.* 5. Hab. in Aegypto ♃. T. Pedicelli longe pilosi ut in A. angustifolio, at genicula quoque barbata.

979. A. FURCATUS. *Mühlenb. W. Sp.* 4. 919. *R. S.* 2. 821. Flores longiores ac in praecedentibus pedicellis longe ciliatis.

C. Spicae conjugatae.

980. A. DISTACHYOS. *Linn. W. E.* 1027. Pollinia distachyos *R. S.* 2. 830. Valvulae calycinae glabrae, pedicelli pillosi.

981. A. HIRTUS. *Linn. W. E.* 1028. *R. S.* 2. 818. Valvulae calycinae hirsutae.

179. POLLINIA.

Inf. paniculata. Spiculae ternae, media sessilis biflora polygama, reliquae binae pedicellatae uniflorae masculae. Semen cor. inclusum.

982. P. GRYLLUS *R. S.* 2. 878. Andropogon Gryllus *Linn. W. E. S.* 68. Hab. in Europa australi ♃. F. Genus huc retuli ob adfinitatem, supra citatum.

180. HETEROPOGON.

R. S. 2. 53.

983. H. CONTORTUS. *Palisf. R. S.* 2. 836. Andropogon contortus *Linn. Sp.* 4. 904. Hab. in India orientali. ♃. C.

181. CYMBOPOGON.

R. S. 2. 53.

984. C. CITRIODORUS. C. Schoenanthus. *Sprengel R. S.* 2. 833. Andropogon Schoenanthus *W. E.* 1028.

182. ANATHERUM.

R. S. 2. 51.

985. A. MURICATUM. *Sprengel pug.* 2. 15. *R. S.* 2. 808. Andropogon squarrosus Linn. fil *W. Sp.* 4. 908. Hab. in India orientali. ♃. C.

TRIANDRIA.

DIGYNIA.

I. FICOIDEAE.

183. MONTIA.

Linn. W. E. 136. *R. S.* 2.

986. M. FONTANA. *Linn. W. R.* 136. M. minor *Gmel. bad.* 1. 103. *R. S.* 2. 870.

II. CARYOPHYLLEAE.

184. HOLOSTEUM.

Linn. W. 136. *R. S.* 2. 56.

987. H. UMBELLATUM. *Linn. W. E.* 136. *R. S.* 2. 858.

988. H. CORDATUM. *Linn. R. S.* 2. 856. Hab. in Jamaica, Surinamo. ☉. C. Folia subrotunda subcordata. Cor. albae.

185. POLYCARPON.

Linn. R. S. 2. 56.

989. P. TETRAPHYLLUM. *Linn. W. E. S.* 6. *R. S.* 2. 856. Hab. in arenosis Europae mediae et austr. ☉. D.

186. MOLLUGO.

Linn. W. E. 136. *R. S.* 2. 57.

990. M. VERTICILLATA. *Linn. W. E.* 136. *R. S.* 2. 871. Fol. 4—5″ lata sena.

991. M. DICHOTOMA. *Schrank. Hort. Monac. t.* 64. Caule dichotomo decumbente, foliis verticillatis linearibus acutis, pedunculis unifloris. Hab. in Brasilia. ⊙. C. Valde similis praecedenti at folia vix 1″ lata. Folia plerumque sena incurva acuta margine integerrima. Pedunculi axillares simplices subseni 6″ longi. Calycis phylla obtusa margine albo.

992. M. TRIPHYLLA. Caule erectiusculo, foliis verticillatis, tribus maximis, paniculis terminalibus et lateralibus. Hab. in Brasilia. ⊙. C. Magnitudo M. verticillatae. Folia $\frac{1'}{3''}$ acuta integerrima glaberrima. Pedunculus sub foliis emergit 3′ l. dichotomus subnudus paniculatus. Alii pedunculi e ramulorum axillarium terminis emergentes breviores paniculati. Flores ut in praec.

187. MINUARTIA.

Linn. W. E. 136. *R. S.* 2. 57.

993. M. DICHOTOMA. *Linn. W. E.* 136. *R. S.* 2. 872. Flores terminales in apice caulis capitulum crassum formantes.

994. M. CAMPESTRIS. *Linn. W. E.* 136. *R. S.* 2. 872. Flores terminales in apicibus ramorum lateralium capitula parva formantes.

995. M. MONTANA. *Linn. W. E.* 136. *R. S.* 2. 872. Flores capitula parva sessilia ad latera caulis constituentes.

188. QUERIA.

Linn. W. E. 137. *R. S.* 2. 57.

996. Q. HISPANICA. *Linn. W. E.* 137. *R. S.* 2. 872.

997. Q. CANADENSIS. *Linn. W. E.* 137. *R. S.* 2. 872. Habitu longe differt a praecedente, qui Polygoni fere.

189. LECHEA.

Linn. R. S. 2. 56.

998. L. MAJOR. *Linn. R. S.* 2. 860. Hab. in America boreali. ♃. F.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

I. *AROIDEAE.*

190. POTHOS.

Linn. R. S. 3. 28.

999. P. LANCEOLATA. *Linn. W. E.* 168. *R. S.* 3. 451.

1000. P. VIOLACEA. *Swartz. R. S.* 3. 452. Hab. in Jamaica, Nova Granada. ♃. C. Folia $\frac{5' \, 6''}{7'}$ Baccae violaceae.

1001. P. CANNAEFOLIA. *Curt. R.* S. 3. 453. Hab. in umbrosis Cumanae et Guyanae. ♃. C. Folia lanceolata costata, petiolo vaginato.

1002. P. CRASSINERVIA. *Jacq. W. E.* 168. *R. S.* 3. 453.

1003. P. CORDATA. *Linn. W. E.* 168. *R. S.* 3. 454. Folia cordata sinu angusto.

1004. P. MACROPHYLLA. *Swartz. R. S.* 3. 455. Hab. in America meridionali. ♃. C. Folia cordata ut in praecedente at multo majora sinu dilatato.

1005. P. OBTUSIFOLIA. *Aiton. R. S.* 3. 455. Hab. in Barbados ♃. C. Folia cordata obtusissima.

1006. P. FOETIDA. *Linn. R. S.* 3. 453. Dracontium foetidum *Linn. W. Sp.* 1. 288. Spadice subgloboso insignis.

1007. P. DIGITATA. *Jacq. R. S.* 3. 457. Hab. in Caracas. ♃. C P. Leesia ex Hort. angl. nondum floruit.

1008. P. RUBRINERVIA. Foliis cordatis sinu lato lanceolatis acutis, petiolo apice incrassato. Hab. in America meridionali ♃. C. Nondum floruit. Caulis erectus. Petiolus rubens apice incrassstus. Folia 4′ 6″ longa basi 3′ lata, subtus nervis rubris. Nondum floruit. An igitur Pothos?

II. *ATRIPLICINAE.*

191. RIVINA.

Linn. W. E. 169. *R. S.* 3. 29.

1009. R. HUMILIS. *Linn. W. E.* 169. *R. S.* 3. 459. Ramis foliisque tenue pubescentibus colore virescenti insignis. Cor. albae.

1010. R. LAEVIS. *Linn. R. S.* 3. 459. Hab. in Caribaeis. ♄. C. Folia glabra, petiolus et nervi juniorum pubescentes. Cor albae.

1011. R. BRASILIENSIS. *Nocca. W. E.* 169. *R. S.* 3. 460. Valde similis praecedenti, differt foliis undulatis et caule sulcato. Fol. $\frac{4' 6''}{2' 4''}$. Cor. alba.

1012. R. LANCEOLATA. *W. E. S.* 8. Ramis subsulcatis petiolisque pubescentibus, foliis ovato-lanceolatis subtus nervo pubescente. Affinis pr. Rami sulcis baud profundis, pilis sparsis patulis. Petioli 8'' l. iisdem pilis quibus caulis obsiti. Folia $\frac{3' 6''}{1' 4''}$. acutiuscula subrepanda et juniora subundulata basi inaequalia margine purpurascente, subtus nervo pilis patulis. Flores et fructus ut in pr.

1013. R. PURPURASCENS. *Schrad. W. E.* 169. *R. S.* 3 460. Folia tenuissime tomentosa ut quoque rami, unde R. humili simillima at folia purpurascunt aetate, ut flores ante anthesin.

1014. R. OCTANDHA. *Linn. R. S.* 3. 460. Hab. in America calidiore. ♄. C. Stamina 8. nec plura.

192. CAMPHOROSMA.

Linn. W. E. 170. *R. S.* 3. 29.

1015. C. MONSPELIACUM. *Linn. W. E.* 170. C. perenne *R. S.* 3. 462. Fruticulus.

1016. C. OVATUM. *Waldst. Kitaib. R. S.* 3. 463. *W. E. S.* 8. Hab. in Hungaria ⊙. D.

III. *URTICEAE.*

193. DORSTENIA.

Linn. W. E. 168. *R. S.* 3. 30.

1017. D. HOUSTONI. *Linn. W. E.* 168. *R. S.* 3. 472. Folia saepissime palmata, sed non pinnatifida ut in D. Contrayerva.

IV. ELAEAGNEAE.

194. ELAEAGNUS.

Linn. W. E. 169. *R. S.* 3. 31.

1018. E. ANGUSTIFOLIA. *Linn. W. E.* 169. *R. S.* 3. 478. Folia $\frac{2' 6'}{5''}$, utrinque squamose tomentosa.

1019. E. ORIENTALIS. *Linn. W. E.* 169. *R. S.* 3. 478. Folia $\frac{3'}{1'}$ supra subtillime subtus cano tomentosa.

1020. E. ACUMINATA. Inermis, foliis ovalibus acuminatis subundulatis supra glabrescentibus subtus argenteis. Hab. . . . ♄. T. Hort. angl. Fol. pet. 3‴ l. laminе $\frac{4'}{1' 10'''}$, margine extimo undulata supra squamis sparsis, subtus densis argentea. Aff. E. latifoliae at folia acuminata. Nondum floruit.

V. THYMELEAE.

195. STRUTHIOLA.

Linn. W. E. 169. *R. S.* 3. 330.

1021. STR. VIRGATA. *Linn. W. E.* 169. *R. S.* 3. 330. Folia ovata imbricata ciliata. Cor. albae.

1022. STR. GLABRA. *Linn. R. S.* 3. 331. Str. erecta *Thunb. W. E.* 169. Folia linearia glabra inferiora adpressa, superiora arrecta. Cor. alba.

1023. STR. PUBESCENS. *Retz. R. S.* 3. 330. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Nostra ramos habet pilis patulis, folia ciliata subtus bisulcata.

VI. PROTEACEAE.

196. ISOPOGON.

Brown. R. S. 3. 21.

1024. I. ANEMONIFOLIUS. *Br. R. S.* 3. 340. Protea anemonifolia *Salisb. W. E.* 138. Fol. pinnatifida, lamina connectente et laciniis ad 2‴ latis rigidis laciniis 2 – 3 fidis. Cor. flava.

1025. I. FORMOSUS. *Brown. R. S.* 3. 340. Hab. in N. Hollandia. ♄. T. Foliis multipartitis, laciniis divaricatis brevibus rigidis acutis distinctus.

197. PROTEA.

Brown. R. S. 3. 21.

1026. PR. CYNAROIDES. *Linn. R. S.* 3. 342. *W. E. S.* 7. Hab. in Promont. b. sp. ♄. T.

1027. PR. ACAULIS. *Thunb. R. S.* 3. 351. Hab. in Prom. b. sp. ♄. T. Semina misit Bergius. Affinis praecedenti at folia basi longe attenuata.

1028. PR. GLAUCOPHYLLA. *Salisb. Parad. lond* 11. Planta a praecedentibus foliis angustioribus glaucis distincta, quae vero nondum floruit. Habemus quoque similem nomine Pr. longifoliae, quae nondum floruit a Pr. longifolia *Br. R. S.* 3. 347. valde diversam.

1029. PR. INCOMPTA. *Brown. R. S.* 3. 347. Hab. in Prom. b. sp. ♄. T. Rami villosi. Folia subamplexicaula $\frac{3' \; 6''}{1''}$ apice callosa basi hirsuti Capitulum magnum fere 3' longum. Bracteae interiores spatulatatae margine barbatae. Calyx aristatus lanatus.

1030. PR. MELLIFERA. *Thunb. R. S.* 3. 348. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Rami glabri. Folia sessilia basi attenuata $\frac{2' \; 8''}{5''}$ glabra apiculo calloso. Capitulum magnum ad 4' longum. Bracteae interiores lanceolatae acutae canaliculatae glabrae. Cal. aristatus lanatus.

1031. PR. LEPIDOCARPON. *Brown. R. S.* 3. 346. Hab. in Pr. b. sp. ♄. Rami glabri. Folia sessilia basi parum attenuata $\frac{4' \; 4''}{8''}$ glabra basi hirta apice subcalloso. Capitulum magnum ad 4' l. Bracteae interiores subspatulatae, extremitate nigro alboque villosa. Cal. aristatus lanatus.

1032. PR. FORMOSA. *Brown. R. S.* 3. 344. Hab. in Prom. b. sp. ♄. T. Folia sessilia, basi non angustata $\frac{3' \; 4''}{1' \; 3''}$ juniora tomentosa margine purpurascente, adultiora glabra margine villoso. Nondum floruit.

1032. *a.* PR. SPECIOSA. *Linn. R. S.* 3. 343. *W. E. S.* 7. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia $\frac{3' \; 6''}{1' \; 6''}$ hirsuta. Alias quoque habemus varietates quae nondum floruere.

1033. PR.

1033. PR. MAGNIFICA. *Bot. Rep. t.* 438. Fol. juniora pilosa adultiora glabra rubentia $\frac{3'\ 8''}{1'\ 4''}$.

1034. PR. GRANDIFLORA. *Thunb. R. S.* 3. 348. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Rami demum glabri. Folia sessilia subattenuata $\frac{4'}{1'\ 6''}$ obtusa, juniora lanata adultiora glaberrima. Capitulum magnum 3' long. Bracteae interiores subspatulatae glabrae dorso sericeae. Cal. aristatus lanatus.

1035. PR. SCOLYMUS. *Thunb. R. S.* 3. 349. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia sessilia basi attenuata $\frac{2'}{2''}$ apice mucronata glabra. Capitulum subglobosum 1' l. Bracteae interiores subspatulatae glabrae.

1036. PR. HUMILIS. *Brown. E. S.* 3. 355. Pr. humiflora *Andr. t.* 532. Pr. humiflorens *W. E. S.* 7. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. P. Radula, graminea, asplenifolia, radiata, arborea nondum floruere.

198. LEUCOSPERMUM.

Brown. R. S. 3. 22.

1037. L. LINEARE. *Brown. R. S.* 3. 356. Protea linearis *Thunb. W. Sp.* 1. 521. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Nondum floruit.

1038. L. TOTTUM. *Br. R. S.* 3. 357. Protea totta. *Linn. W. Sp.* 1. 532. Hab. in Pr. b. sp. Folia basi longe attenuata $\frac{1'\ 4''}{2''}$ in nostris integerrima carnosa rigida glaberrima, apicibus purpureis. Rami purpurei sericei.

1039. L. CONOCARPUM. *Brown. R. S.* 3. 358. Leucadendron Conocarpodendron *Linn. Sp.* 136. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Nondum floruit.

199. SERRURIA.

Brown. R. S. 3. 22.

1040. S. DECIPIENS. *Brown. R. S.* 3. 374. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Rami hirsuti pilis longis. Folia composita laciniis filiformibus ultimis 3'' l. mucronatis. Capitulum vix 1' l. subpedunculatum villosissimum.

1041. S. CRITHMIFOLIA. *Brown. R. S.* 3. 372. Bergius misit at nondum floruit.

200. MIMETES.

Brown. R. S. 3. 22.

1042. M. PURPUREA. *Br. R. S.* 3. 383. Hab. in Prom. b. sp. ♄. T. Rami hirsnti. Folia simplicia 4″—5″ l. vix $\frac{1}{4}$″ lata; juniora hirsuta adultiora glabra, apice calloso.

201. AULAX.

Brown. Aiton kew. 5. 373.

1043. A. PINIFOLIA. *Brown. Aiton k.* 5. 373. Protee pinifolia (mas.) *Linn. W. Sp.* 1. 515. Protea bracteata (fem.) *Linn. fil. W. Sp.* 1. 517. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia simplicia $\frac{2'}{1''}$ glabra.

1044. A. UMBELLATA. *Brown. Aiton kew.* 5. 373. Protec aulacea (mas.) *Thunb. W. Sp.* 1. 520. Protea umbellata (fem.) *Linn. fil. W. Sp.* 1. 520. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T.

202. LEUCADENDRON.

Brown. Aiton. kew. 5. 373.

2618. C. ODONTALGICA. *Pall. R. S.* 6. 441. Hab. in desertis Tauriae et Caucasi ♃. D. Folia pubescentia. Cor. alba. Fructus subcylindricus crassus.

507. HIPPOMARATHRUM.

Flor. portug. 2. 411.

Amphispermia squamose aspera, cortice crasso tecta.

2619. H. SICULUM. *Boccon. Fl. port.* 2. 411. Cachrys sicula *Linn. R. S.* 6. 446. Hab. in Europa australi ♃. T.

508. RUMIA.

Hoffm. Umbell. ed. 2. 1. 173.

Amphispermia costis tuberculatis.

2620. R. TAURICA. *Hoffm. umb.* 1. 173. Cachrys taurica *Pall. R. S.* 6. 444. Hab. in Tauriae caulibus ♃. D. Cor. alba.

2621. R. CAPENSIS. Caule decumbente, vaginis laxis, foliolis lineari-setaceis involucris et involucellis polyphyllis, fructibus glabris Hab in Pr. b. sp. ⊙. T. Semina misit Bergius. Caulis vix pedalis ad basim decumbens ramosus angulatus glaber. Folia tota glabra vagina brevi vix 4‴ l. margine membranacea; lamina ambitu ovali vix 1′ l. et 10‴ lata supradecomposita, laciniis ultimis 1‴—2‴ longis angustis obtusiusculis. Inflorescentia extraaxillaris; pedunculi umbellarum primordialium ad 1′—2′ longi reliquarum breviores, omnes glabri, uti radii. Involucri phylla 5—6 linearia basi margine membranacea 4‴—5‴ l. longa. Radii primordialium 1′ l. reliquorum minores. Involucelli phylla 5—6 linearia basi membranacea, 2‴ l. Radioli exteriores et primordialium 4‴ l. reliqui minores. Fructus parvus, stylis persistentibus. Amphispermia juniora costis crispis, adultiora plana margine tenui membranaceo, dorso costis 5, tribus majoribus tuberculatis.

509. FERULA.

Linn. W. E. 309. *R. S.* 6. *XLVIII.*

Umbellae steriles globosae. Fructus ellipticus. Amphispermia depressa margine obtuso dorso leviter striata.

2622. F. COMMUNIS. *Linn. W. E.* 309. *R. S.* 6. 588. Laciniae ultimae foliorum $\frac{2'-3'}{1''}$.

2623. F. NODIFLORA. *Linn. W. E.* 309. *R. S.* 6. 591. Laciniae foliorum ultimae 3″ longae. An Peucedanum?

2624. F. PERSICA. *W. Sp.* 1. 1413. *R. S.* 6. 594. F. Asa foetida *Hope Phil. tr. f.* 1785. 36. *t.* 3. 4. Hab. in Persia ♃. C. Nondum floruit.

2625. F. TINGITANA. *Linn. R. S.* 6. 596. Hab. in Africa boreali ♃. T. Folia Petroselini. Cor. flava. An hujus generis?

Omnium cor. flavae. Inter Ferulam et Peucedanum nullum mihi notum est discrimen; nisi umbellae istae globosae steriles in Ferulis Europae australis praesertim communi et brevifolia sat conspicuae.

510. PEUCEDANUM.

Linn. W. E. 308. *Spreng. R. S.* 6. XLVI.

Umbellae steriles nullae. Fructus ut in praeced.

2626. P. OFFICINALE. *Linn. W. E.* 308. *R. S.* 6. 565.

2627. P. GALLICUM. *Lapeirouse R. S.* 6. 566. P. parisiense *Decand. fr.* 4. 336. Hab. in Gallia ♃. D. Minus praec. cor. saepe albidae.

2628. P. RUTHENICUM. *Marschall Spreng. Umb. R. S.* 6. 566. Hab. in Russia meridionali praesertim Tauria ♃. D. Folia ut in praec. repetito-ternata at minus; umbellulae radii 2″ quae in praec. multo longiores. Cor. flavae.

2629. P. ALPESTRE. *Linn. W. E.* 308. *R. S.* 6. 569. Folia vage partita ut in sequentibus. Laciniae ultimae foliorum $\frac{1'}{1''}$ acutae. Cor. flavae.

2630. P. GLAUCUM. Ferula glauca *Linn. W. E.* 309. *R. S.* 6. 578. Laciniae ultimae foliorum $\frac{1'}{1''}$ acutae. Cor. flavae.

2631. P. AUREUM. *Ait. W. Sp.* 1. 1407. *R. S.* 6. 570. Hab. in Teneriffa ♂. T. Folia minutissima divisa. Cor. flavae.

2632. P. CASPICUM. Ferula caspica *Marschall R. S.* 6. 595. F. cachroides *Cat. Gorenk.* 1812. 46. Hab. in deserto caucasico et taurico ♃. D. Foliola brevissima trifurca. Cor. alba.

511. LASERPITIUM.

Linn. W. E. 309. *Cranz. Umb.* 65. *R. S.* 6. *XLIX.*

Alae costarum dorsalium in fructu minores ac marginales.

2633. L. LATIFOLIUM. *Linn. W. E.* 310. *R. S.* 6. 616. Cor. alba.

2634. L. SILER. *Linn. W. E.* 310. *R. S.* 6. 619. Foliola simplicia acuta integerrima $\frac{1' \, 6''}{3'' - 4''}$. Cor. alba.

2635. L. ANGUSTIFOLIUM. *Linn W. E.* 310. L. peucedanoides *Spr. R.* S. 6. 610. Foliola simplicia mucronulata integerrima $\frac{10''}{3'''}$. Cor. alba.

2636. L. PRUTHENICUM. *Linn. W. E.* 310. *R. S.* 6. 623. Folia Peucedani Silai. Fructus pilis adspersis. Cor. ochroleucae praesertim juniores.

2637. L. PILOSUM. *W. E.* 310. *Spreng Umb. sp.* 33. *R. S.* 6. 622. Laserpitium Archangelica *Hort.* L. hispidum *Marschall t. cauc.* 1. 221. 3. 222. Fructus hirsutisimus. An ad Athamantam referendum? Cor. ochroleucae.

2638. L. FERULACEUM. *Linn. W. Sp.* 1. 1420. Cachrys alata *Marschall t. c.* 1. 217. *Spreng. R. S.* 6. 443. Hab. in Caucasi orientalis collibus graminosis ♃. T. Foliola linearia. Fructus maximus fungosus. An separanda?

2639. L. TRIQUETRUM. *Venten. W. E.* 310. Cachrys triquetra *Spr. R. S.* 6. 443. Folia decursive pinnata; foliola $\frac{2'}{10'''}$. Cor. flavae.

512. HERACLEUM.

Linn. W. E. 311. *Spreng. R.* S. 6. *XLVII.*

2640. H. SPHONDYLIUM. *Linn. W. E.* 311. *R. S.* 6. 572.

2641. H. FLAVESCENS. *W. E.* 311. *R. S.* 6. 575. *not.* Cor. viridi flavescentes radiatae.

2642. H. ANGUSTIFOLIUM. *Linn. W. E.* 311 *R S.* 6. 572. Cor. virescentes non radiatae.

2643. H. SIBIRICUM. *Linn. W. E.* 311. *Spreng. Umb. sp.* 43. *R. S.* 6. 575. Cor. virescentes non radiatae. Foliola latiora ac in praec.

2644. H. PANACES. *Linn. W. E.* 312. *R. S.* 6. 575. Folia subtus tomentosa laciniis acutis. Cor. albae radiatae. Amphispermia subhirta apice acuto margine angusto.

2645. H. ASPERUM. *Marschall taur. cauc.* 3. 224. *R. S.* 6. 578. Hab. in Caucaso septentrionali ♃. D. Fol. Heracl. Panaces at subtus non tomentosa. Cor. radiatae. Amphispermia juniora hirsuta adulta pilis raris.

2646. H. PYRENAICUM. *Cusson. W. E.* 312. *Spr. Umb. sp.* 45. *R. S.* 6. 577. H. speciosum Hort. H. gummiferum *W. E.* 312. *Hort.* 1. 58. *t.* 53. 54. Folia subtus tomentosa laciniis obtusis. Amphispermia pubescentia margine latiore. Bene H. speciosum et gummiferum Sprengelius junxit cum H. pyrenaico.

2647. H. PUBESCENS. *Marschall taur. cauc.* 3. 225. *R. S.* 6. 575. Hab. in Tauria meridionali, Caucaso orientali ♃. D. Fol. ternata scabra pilosa. Amphispermia juniora villosa adulta pilis sparsis rigidis. Marschalli descr. optima.

2648. H. VILLOSUM. *Fischer Hoffm. Umb.* 138. *Spr. Umb. sp.* 46. Hab. . . . ♃. D. Affine praecedentibus. Amphispermia ciliata, dorso aspera, juniora tota villosa.

2649. H. LIGUSTICIFOLIUM. *Marschall R. S.* 6. 582. Hab. in Tauriae collibus ♃. D. Folia minora ac in reliquis $\frac{2'}{2'}$ tripartita. Cor. alba. Fructus pubescens.

513. ZOSIMIA.

Marschall taur. cauc. 3. 229.

2650. Z. APSINTHIFOLIA. Z. orientalis *Marschall t. cauc.* 3. 229. Heracleum apsinthifolium *Venten. Marschall t. cauc.* 1. 224. *W. E. S.* 15. *R. S.* 6. 282. Tordylium apsinthifolium. *Pers. syn.* 1. 341. Hab. in Iberia nec non in regionibus caucasicis ♃. D.

514. LIGUSTICUM.

Linn. W. E. 312. *Spreng. R. S.* 6. *XLV.*

2651. L. LEVISTICUM. *Linn. W. E.* 312. *R. S.* 6. 547.

2652. L. SCOTICUM. *Linn. W. E.* 312. *R. S.* 6 547.

2653. L. CERVARIA. *Spreng. R. S.* 6. 550. Athamanta Cervaria *Linn. W. Sp.* 1. 1401. Hab. in Europae mediae sylvis montosis ♃. D.

2654. L. AUSTRIACUM. *Linn.* *W. Sp.* 1. 1426. Pleurospermum austriacum *R. S.* 6. 407. Hab. in Austriae alpinis ♃. D. Laciniae foliorum ultimae $\frac{1'\ 4''}{6''-8''}$ grosse serratae. Cor. albae.

2655. L. PELOPONENSE. *Linn.* *W. E.* 312. *R. S.* 6. 548. Foliolis lanceolato-longissimis serrato-pinnatifidis facile distinguendum. Hujus et praecedentium cor. albae.

2656. L. BALEARICUM. *Linn.* *W. Sp.* 1. 1427. Sium siculum *Linn.* *Spreng. Umb sp.* 100. *R. S.* 6. 557. *Sebastiani et Mauri fl. roman.* 144. Hab. in Europa australiore ♃. D. Foliola $\frac{1'\ 4''}{8''}$ subcordata acute et dense serrata bina ad basin trifurcationis petioli. Involucri phylla tenuissima. Cor. flavae.

2657. L. NODIFLORUM. *Villars.* *W. Sp.* 1. 1425. *W. E. S.* 15. *R. S.* 6. 548. Foliola extima $\frac{2'}{8''}$ serrata. Umbellae oppositae. Cor. flavae. Hab. in Alpibus Galliae, Italiae ♃. D. Habitus Smyrnii.

2658. L. OBTUSIFOLIUM. *Hornem.* *W. E.* 312. *R. S.* 6. 550.

2659. L. SIBIRICUM. *Spreng. Umb. disp.* 40. Athamanta sibirica *Linn.* *W. Sp.* 1. 1401. *W. E. S.* 15. Athamanta Libanotis *γ. Spr. R. S.* 6. 489. Foliola inciso-serrata. Cor. albae. Amphispermia in costis subtillime scabra. Cal. phylla 5 minima. Hab. in Sibiria ♃. D. Foliola $\frac{1-2'}{6''-10''}$.

2660. L. APIOIDES. *Spreng. Umb. sp.* 122. *R. S.* 6. 552. Laserpitium silaifolium *Murr.* *W. E.* 310. Selinum peregrinum *W. E.* 306. Laciniae ultimae $\frac{8''}{1'''}$ Cor. albae. Amphispermia apice marginata.

2661. L. PYRENAEUM. Cnidium pyrenaeum *Spreng.* *R. S.* 6. 426. Selinum Seguieri *Linn.* *W. E.* 206. Laciniae ultimae foliorum $\frac{3''-5''}{\frac{1}{2}'}$. Cor. albae.

2662. L. ALSATICUM. Cnidium alsaticum *Spreng.* *R. S.* 6. 417. Peucedanum alsaticum *Linn.* *W. E.* 309. Umbellae oppositae parvae. Cor. ochroleuca.

2663. L. SILAUS. Cnidium *Silaus* *Spreng.* *R. S.* 6. 416.

Peucedanum Silaus *Linn. W. E.* 309. Umbellae majores terminales. Cor. ochroleuca.

2664. L. FISCHERI. Angelica Fischeri *Spr. R. S.* 6. 605. Athamanta denudata Fisch. Caule erecto foliis repetito ternatis foliolis linearibus, involucro nullo, involucelli phyllis setaceis. Hab. in Sibiria ♃. D. Caul. 2—3 ped. Vaginae arctae. Pet. 2—3′. Foliola $\frac{1'\,8''}{10}$. Umb. radii multi 2′ l. scabriusculi. Umbellulae rad. multi 4″ l. Involucelli phylla setacea radiis aequalia. Cor. alba. Fructus ovalis costatus nec alatus, calyculo nullo.

2665. L. ALATUM. *Spreng. Umb. sp.* 125 *R. S.* 6. 51. Athamanta alata *Marschall taur. cauc.* 1. 214. Hab. in Caucaso subalpino ♃. D. Caulis multialatus. Folia Chaerophylli. Cor. albae.

2666. L. PEREGRINUM. *Linn. W. E.* 313. Sison peregrinus *Spr. R. S.* 6. 409. In Lusitania non crescit. Cor. albae.

2667. L. MUTELLINA. *Cranz. Umb.* 82. Meum Mutellina *Gärt. Spreng. R. S.* 6. 433. Phellandrium Mutellina *Linn. W. Sp.* 1. 1444. Hab. in pascuis Alpium. Laciniae ultimae vix 2″ longae. Cor. purpurascentes.

2668. L. MEUM. *Cranz. Umb.* 83. Meum athamanticum *Jacq. Spreng. Umb. R.* S. 6. 431. Aethusa Meum *Linn. W. E.* 317. Foliola et laciniae ultimae omnium subtillimae. Cor. albae.

2669. L. BUNIUS. Meum heterophyllum *Moench. Spreng. R. S.* 6. 432. Aethusa Bunius *Linn. W. E.* 317. Folia inferiora pinnata pinnis subrotundis incisis, summa multipartita laciniis setaceis. Cor. albae.

2670. L. ARENARIUM. Meum sibiricum *Spreng. Umb. sp.* 113. *R. S.* 6. 435. Hab. in Sibiria ♃. D. Habitus Peucedani et folia, quae obscure virentia. Involucrum nullum. Involucellum polyphyllum, phyllis linearibus radiis duplo brevioribus. Cor. flavae.

Non nego, genus hocce revisione indigere at in Auctorum distributione requiescere nequeo.

515. CNIDIUM.

Cusson. Spreng. R. S. 6. *XXXVI.*

2671. CN. MONNIERI. *Cusson. R. S.* 6. 414. Selimum Monnieri *Linn. W. E.* 307.

Cnidii genus parum differt a Ligustico, fructus tantum brevior magis alatus. In reliquis Cnidii speciebus Sprengelianis mihi fructus longiores visi sunt minus alati. Omnium corollae albae.

516. SILER.

Gärt. Spreng. R. S. 6. XXXVIII.

2672. S. AQUILEGIFOLIUM. *Spr. R. S.* 6. 449. Laserpitium aquilegifolium *Linn. W. E.* 310. Sileris amphispermia plures habent costas ac Ligustici. Cor. alba.

2673. S. CAUCASICUM. *Spreng. Umb. sp.* 90. *R. S.* 6. 450. Cachrys latifolia *Marschall t. cauc.* 1. 219. *W. E. S.* 14. Laciniae foliorum $\frac{1' \ 6''}{6'}$.

2674. S. SALSUM. *Spreng. Umb. sp.* 90. *R. S.* 6. 451. Sison salsum *Linn. Suppl. W. E.* 315. Laciniae foliorum ultimae vix 2″ longae.

517. SIUM.

Linn. W. E. 315. *Spreng. R. S.* 6. *XLV.*

Fructus ovatus. Amphispermia tricostata. Calycis phylla 5 minuta.

2675. S. LATIFOLIUM. *Linn. W. E.* 313. *R. S.* 6. 531.

2676. S. LANCIFOLIUM. *Marschall taur. cauc.* 3. 230. *R. S.* 6. 533. Differt a praecedente foliis infimis simplicibus cordatis, superiorum foliolis magis acutatis.

2677. S. ANGUSTIFOLIUM. *Linn. W. E.* 313. *R. S.* 6. 533.

2678. S. SISARUM. *Linn. W. E.* 314. *R. S.* 6. 536.

2679. S. FALCARIA. *Linn. W. E.* 314. *R. S.* 6. 535.

2680. S. RIGIDIUS. *Linn. W. E.* 314. Pastinaca rigida *Spr. R. S.* 6. 586. Foliola lanceolata subserrata.

2681. S. BULBOCASTANUM. *Spreng. R. S.* 6. 538. Bunium Bulbocastanum *Linn. W. E.* 305. Radix bulbosa. Folia minute partita.

Omnium corollae albae.

518. SISON.

Linn. W. E. 314. *Spreng. R. S. XXXV.*

2682. S. AMOMUM. *Linn. W. E.* 314. *R. S.* 6. 407. Folia radicalia magna, foliolis $\frac{3'}{1}$ inciso-serratis, superiora minute divisa. Cor. albae.

2683. S. SEGETUM. *Linn. R. S.* 6. 409. Hab. in Anglia, Hibernia ♃. D. Folia omnia pinnata; foliola $\frac{6''}{4''}$, inciso-serrata, superiora multo minora. Cor. albae. Habitu convenit cum praec.

2684. S AUREUS. *Spreng. R. S.* 6. 410. Smyrnium aureum *Linn. W. E.* 321. Habitus utique Smyrnii. Foliola $\frac{2'}{1'}$, serrata saepe lobata. Cor. flava. Involucellum adest.

519. PHYSOSPERMUM.

Cusson. Spreng. R. S. 6. *XXXIX.*

2685. PH COMMUTATUM. *Spreng. Umb. sp.* 22. *R. S.* 6. 456. Physophora sylvatica *Flor. portug.* 2. 450 Ligusticum cornubiense *Linn. W. Sp.* 1. 1425. Danaa aquiligifolia *Allion ped. n.* 1392. *t.* 63. Sison sylvaticum *Brot. lus.* 1. 423. Hab. in sylvis montosis Europae australis ♃. D. Cor. albae. Smyrnium nudicaule *Marschall t. cauc.* 1. 238. 3. 248, nostrum saltem, vix differt.

520. BUBON.

Linn. W. E. 315. *Spreng. R. S.* 6. *XLII.*

2686. B. MACEDONICUM. *Linn. W. E.* 315. Athamanta macedonica *Spteng. R. S.* 6. 491.

2687. B. BUCHTORMENSIS. *Fischer. Hornem. hafn.* 1. 283. *W. E. S.* 14. *R. S.* 6. 496. Hab. in Sibiria ♃. D. Foliola $\frac{1'\ 6''}{1'}$ antice confluentia inciso-serrata, serraturis cuspidatis. Cor. albae.

2688 B. GLAUCUS. *Spreng. Umb. sp.* 136. *R. S.* 6. 496. *W. E. S.* 15. Seseli petraeum *Marschall t. c.* 1. 335 3. 243. Hab. in Tauria et ad Caucasum ♃. D. Folia Laserpitii Sileris, foliola integerrima. Cor. albae.

2689. B. DICHOTOMUS. B. rigidus *β. Spr. R. S.* 6. 497. Seseli dichotomum *Marschall t. c.* 1. 235. *W. E. S.* 15. Hab in Tauriae collibus calcareis ♃. D. Umbellae parvae axillares breviter pedunculatae. Involucella monophylla.

2690. B. CUNEIFOLIUS. B. siculus *Spreng. R. S.* 6. 499. Seseli cuneifolium *Marschall taur. cauc.* 1. 236. Hab. in Caucasi orientalis subalpinis ♃. D. Affinis

praeced. at umbellae majores. Involucella monophylla profundius partita non brevissima. Radii umbellulae brevissimi. Color glaucus.

521. CUMINUM.

Linn W. E. 310. *Spr. R. S.* 6. *XLIV.*

2691. C. CYMINUM. *Linn. W. E.* 315. *R. S.* 6. 831. Cor. albae.

522. OENANTHE.

Linn. W. E. 315. *Spreng. R. S.* 6. *XXXVI.*

2692. O. FISTULOSA. *Linn. W. E.* 316. *R. S.* 6. 418.

2693. O. CROCATA. *Linn. W. E.* 316. *R. S* 6 424.

2694 O. APIIFOLIA. *Broter. W. E.* 316. O. crocata *β. Spr. R. S.* 6. 424. at succum croceum non fundit. Foliola $\frac{10''}{8''}$.

2695. O. PIMPINELLOIDES. *Linn. W. E.* 316. *R. S.* 6. 419. Foliolis foliorum radicalium cuneatis fissis.

2696. O. PEUCEDANIFOLIA. *Pollich W. E.* 316. *Spr. Umb. sp.* 104. *R. S.* 6. 422. Foliola foliorum radicalium lanceolato-linearia.

2697. O. GYMNORHIZA. *Brignol. Spreng. Umb. sp.* 103. *R. S.* 6. 421. O. megapolitana *Willd. Berl. Mag.* 3. 297. *E. S.* 15. Nonnisi radice a praecedente differt fasciculata nec in tubera subglobosa intumente, involucrum enim variat. Hab. ad littora maris in Europa media ♃. D.

2698. O. GLOBULOSA. *Linn. R.* S. 6. 423. Hab. in Europa australi ♃. T. Fructibus globosis majoribus ac in reliquis differt.

2699. O. PHELLANDRIUM. *Lam. Spreng. R.* S. 6. 425. Phellandrium aquaticum *Linn. W. E.* 316. Omnium cor. albae.

523. CICUTA.

Linn. W. E. 316. *Spreng. R. S.* 6. *XXXIX.*

2700. C. VIROSA. *Linn. W. E.* 316. *R. S.* 6. 452.

2701. C. MACULATA. *Linn. W. E.* 316. *R. S.* 6. 453. Foliola lanceolata $\frac{2' \, 6''}{8''}$.

Omnium corollae albae.

524. AETHUSA.

Linn. W. E. 317. *R. S.* 6. *XXXIX.*

2702. A. CYNAPIUM. *Linn. W. E.* 317. *R. S.* 6. 154.

2703. A. ELATA. *Hornem. hafn.* 1. 96. Hab. in Sibiria ⊙. D. Magnitudine a praec. differt saepe decupla. Genus involucellis praesertim distinctum.

525. CORIANDRUM.

Linn. W. E. 317. *R. S.* 6. *XXXVIII.*

2704. C. SATIVUM. *Linn. W. E.* 317. *R. S.* 6. 448.

526. CORION.

Flore portug. 2. 457. *Bifora Marschall R. S.* 6. *XXXVIII.*

2705. C. TESTICULATUM. *Fl. port.* 2. 458. Bifora flosculosa *Marschall taur. cauc.* 234. Bifora testiculata *R. S.* 6. 448. Coriandum testiculatum *Linn. W. E.* 317.

527. MYRRHIS.

Wiggers (Weber) Primit. Fl hols. 23. *Cfr. R. S.* 6. *XLIII.*

2706. M. ODORATA. *Wigg. hols.* 23. *R. S.* 6. 507. Scandix odorata *Linn. W. E.* 317. Fructus maximus. Amphispermia costis valde prominentibus et acuatis.

528. CHAEROPHYLLUM.

Linn. W. E. 318. *R. S.* 6. *XLIII.*

Fructus cylindricus apice viridis utpote rostratus. Amphispermia leviter costata.

2707. CH. SATIVUM. *Sreng. R. S.* 6. 520. Scandix Cerefolium *Linn. W. E.* 317.

2708. CH. SYLVESTRE. *Linn. W. E.* 318. *R. S.* 6. 521.

2709. CH. BULBOSUM. *Linn. W. E.* 318. Myrrhis bulbosa *Spreng. R. S.* 6. 513.

2710. CH. TEMULUM. *Linn. W. E.* 318. Myrrhis temula *Spr. R. S.* 6. 514.

2711. CH. HIRSUTUM. *Linn. W. E.* 318. Myrrhis hirsuta *Spr. R. S.* 6. 510.

2712. CH. CICUTARIA. *Villars. Decand. fr.* 6. 506. Hab. in Alpibus Europae australis ♃. D. A praec. caule glaberrimo, foliis minus hirtis, petalis glabris differt. Refertur in *R. S.* 6. 500. ad Myrrhin hirsutam seu Chaerophyllum hirsutum.

2713. CH. MACULATUM. *W. E. S.* 15. *Hornem. hafn. Suppl.* 34. Caulis utique basi scaber et maculatus hinc cauli Ch. temuli similis at folia Ch. sylvestris. Refertur in *R. S.* 6. 511. ad Myrrhin auream s. Chaerophyllum aureum. Hab. in Europa australi ♃. D.

2714. CH. AUREUM. *Linn. W. E.* 319. *Spr. R. S.* 6. 510.

2715. CH. COLORATUM. *Linn. W. E.* 319. Myrrhis colorata *Spr. R. S.* 6. 525. Involucellum luteo-coloratum.

2716. CH. MONOGONUM. *Kitaib.* Caule glaberrimo foliolis lanceolatis inciso-serratis nervo et margine hirtis, involucri involucellique phyllis longe ciliatis. Hab. in Hungaria ♃. D. Elegans planta facillime dignoscenda. Nomen hocce in *R. S.* 6. 522. refertur ad Ch. sylvestre. An Ch. ciliatum *Kit. R. S.* 6. 4. 23?

2717. CH. TENUIFOLIUM. *Steven. Hornem. hafn. Suppl.* 35. Ch. roseum *β. Marschall taur. cauc.* 3. 239. Myrrhis rosea *Spr. R.* S. 6. 519. Hab. in Iberia ♃. D. Laciniae ultimae vix ½''' longae.

2718. CH. AROMATICUM. *Linn. W. E.* 319. Myrrhis aromatica *Spr. R. S.* 6. 509. Hoc et sequens foliolis magnis a praecedentibus differt. Fructus cylindricus.

2719. CH. CANADENSE. Myrrhis canadensis *Spreng. R. S.* 6. 516. Sison canadensis *Linn. W. E.* 314. Fructus oblongus utrinque attenuatus.

Omnium corollae albae aut purpurascentes. *Ch. nemorosum* v. i. Anthriscum nemorosum.

529. SCANDIX.

Linn. W. E. 317. *Spreng. R. S.* 6. *XLIII.*

2720. SC. PECTEN. *Linn. W. E.* 317. *R. S.* 6. 501.

2721. SC. PINNATIFIDA. *Marschall W. E.* 318. *R. S.* 6. 505. Involucelli phylla multipartita. Umbellae in omnibus simplices aut coarctatae radiis umbellulae brevissimis.

Omnium cor. albae.

530. ANTHRISCUS.

Pers. Spreng. R. S. 6. *XLIII.*

2722. A. VULGARIS. *Pers. syn.* 1. 320. *R. S.* 6. 524. Scandix Anthriscus *Linn. W. E.* 318. Fructus oblongus.

2723. A. FUMARIOIDES. *Spreng. R. S.* 6. 525 Scandix fumarioides *Hornem. hafn.* 1. 285. Fructus cylindricus. Involucellum polyphyllum reflexum.

2724. A. NEMOROSUS. *Spreng. R. S.* 6. 525. Scandix nemorosa *Hornem. hafn. Suppl.* 34. *Marschall t. cauc.* 3. 237. Chaerophyllum nemorosum *Marschall t. c.* 1. 232. Hab. in sylvis ad fluvium Terek ♃. D. Folia Chaerophylli sylvestris. Fructus cylindricus, involucro reflexo, interdum glaber.

2725. A. NODOSUS. *Pers. syn.* 1. 320. *R. S* 6. 526. Scandix nodosa *Linn. W. Sp.* 1. 1451. Hab. in Europa australi ⊙. D.

Omnium cor. albae.

531. SESELI.

Linn. W. E. 319. *Spreng. R. S.* 6. *XXXV.*

A. Fructus glabri.

2726. S. ANNUUM. *Linn. W. Sp.* 1460. *R.* S. 6. 398. Hab. in Germania ♃. D. Involucelli phylla margine lato membranaceo.

2727. S VENOSUM. *Hoffm.* S. dubium *Schknhr B. Handbuch* 1. *t.* 217. *R. S.* 6. 399. Selinum pratense *Speng. hal.* 92. *t.* 2. Sium virens *Hort.* Hab. in Europae pratis humidis ♃. D. Involucelli phylla parum marginata.

2728. S. HYPOMARATHRUM. *Linn. W. E.* 320. *R. S.* 6. 399.

2729. S. GLAUCUM. *Linn. W. E.* 319. *R. S.* 6. 396. Folia ambitu amplo, qui lanceolatus s. oblongus in S. annuo et venoso. Herba glauca.

2730. S. GRACILE. *Waldst. Kit. W. E.* 319. *R. S.* 6. 463. Folia ambitu amplo non glauco; foliola angustissima. Cor. flavescens.

2731. S. VERTICILLATUM. *Desfont. Spreng. Umb. sp.* 120. *R. S.* 6, 404. 120. S. pusillum *Broter. W. E. S.* 15. Seseli Ammi *W. E. S.* 15. Hab. in Lusitania ⊙. D. Caulis erectus ramis divaricatis. Foliola subtillima. Involucelli phylla apice longo albo.

2732. S. CORSICUM. Caule erecto superne ramoso, foliolis filiformibus mucronulatis, involucelli phyllis spatulatis. Hab. in Corsica ⊙. T Caulis digitatus glaber uti tota planta. Vaginae 2—4''' l. laxiusculae. Petiol. 4'' l. Fol. repetito ternata foliola 8'' l. teretia subtillima. Ped. 1' l. Invol. o. Radii inaequales 1''—6'' l. Involucelli phylla radiis umbellulae subaequalia deorsum concava mucronulata. Cor. alba. Fruct. parvus vix 1'' l. conpressus. Amphispermia juniora costis 3 dorsalibus obtusiusculis, marginalibus minimis, adultiora laevia. Stylopodium album. Styli basi subpersistentes. Semina accepta a. cl. Ledebour.

B. Fructus (saltem juniores) pubescentes.

2733. S. ELATUM. *Linn. W. E.* S. 15. *R. S.* 6. 395. Hab. in Europa australi ♃. D. Fructus juniores pubescentes, tum scabri, denique glabri.

2734. S. MONTANUM. *Linn. W. E.* 319. *R. S.* 6. 397. Habitus S. annui.

2735. S. LEUCOSPERMUM. *Waldst.* Kit. *W. E.* 320. *R. S.* 6. 430. Foliola elongata angusta. S. proliferum *Spreng. pug.* 2. 57. *R. S.* 6. 402. non habemus.

532. THAPSIA.

Linn. W. E. 320 *Spreng. R. S.* 6. *XLIX.*

2736. TH. VILLOSA. *Linn W. E.* 320. *R. S.* 6. 611.

2737. TH. ASCLEPIUM. *Linn. R. S.* 6. 613. Hab. in Europa australi ♃. T. Foliola minuta.

533. PASTINACA.

Linn. W. E. 320. *Spreng. R. S.* 6. *XLVII.*

2738. P. SATIVA. *Linn. W. E.* 320. *R. S.* 6. 584.

2739. P. LUCIDA. *Linn. W. E.* 320. *R. S.* 6. 585. Foliis radicalibus cordatis a praec. discrepat.

2740. P. OPACA. *Bernhard. Horn. hafn.* 961. *W. E. S.* 15. P. sativa var. *R. S.* 6. 584. An revera a P. sativa differt? Multo tamen major.

2741. P. OPOPANAX. *Linn. W. E.* 322. Ferula Opopanax *Spr. R. S.* 6. Petioli hispido-scabri.

Omnium corollae flavae.

534. SMYRNIUM.

Linn. W. E. 321. *Spreng. R. S.* 6. *XXXVII.*

2742. SM. PERFOLIATUM. *Linn. W. E.* 321. Sm. Dodonaei *Spreng. Umb. sp.* 24. *R. S.* 6. 437. Foliis

summis perfoliatis ab omnibus fere Umbelliferis distinctum.

2743. SM. OLUS ATRUM. *Linn. W. E. S.* 15. *R. S.* 6. 436. Hab. in Europa australi frequens ♃. T. Foliola magna $\frac{2'}{1'4''}$ serrata inciso lobata.

2744. SM. CORDATUM. *Walt. Pursh. am.* 1. 196. *Spr. Umb. sp.* 28. *R. S.* 6. 438 Sison trifoliatum *W. E.* 314. Folia caulina ternata, foliolis serrato crenatis.

2745. SM. INTEGERRIMUM. *Linn. W. Sp.* 1. 1468. *E. S.* 15. Sison integerrimus *Spreng. R. S.* 6. 410. Hab. in Virginia ♃. D. Foliola $\frac{1}{6''}$. Ob involucelli defectum huc retuli. Fructus mihi parum notus. Omnium cor. flavae.

535. ANETHUM.

Involucellum nullum. Fructus planiusculus. Amphispermia depressa margine ala angusta dorso costis tribus.

2746. A. GRAVEOLENS. *Linn. W. E.* 321. Pastinaca Anethum *Spreng. R. S.* 6. 587.

2747. A. SEGETUM. *Linn. W. Sp.* 1. 1469. *R. S.* 6. 434. Foliola multo breviora ac in praeced. In utroque cor. flavae.

536. FOENICULUM.

Involucellum nullum. Fructus oblongus utrinque attenuatus compressus. Amphispermia costis 5 obtusis intervallis succifluis.

2748. F. DULCE. Anethum Foeniculum *Linn. W. E.* 321. Meum Foeniculnm *Spreng. R. S.* 6. 433. Unicum phyllum aut duo involucellum non constituunt.

2749. F. CARVI. *Carum. Carvi. Linn. W. E.* 321. *R. S.* 6. 414.

537. PIMPINELLA.

Linn.

Involucellum nullum. Fructus subglobosus. Amphispermia costis 5 tenuissimis, intervallis rugosis latiusculis.

2750. P. SAXIFRAGA. *Linn. W. E.* 322. *R. S.* 6. 386.

2751. P. NIGRA. *Roth. W. E.* 322. P. Saxifraga *R. S.* 6. 386. Non colum hirsutie sed radicis colore quoque differt.

2752. P. MEDIA. *Hoffm. germ.* 397. P. orientalis *Jacq. austr. t.* 397. P. magna orientalis *R. S.* 6. 384. Hab. in Europa media orientali ♃ D.

2753. P. MAGNA. *Jacq. W. Sp.* 1. *p.* 1471. *R. S.* 6. 384. Hab in Europae sylvaticis ♃. D.

2754. P. DISSECTA. *Retz. W. Sp.* 1. 1472. P. magna γ. *R. S.* 6. 384. Hab. in Europae sylvatic. uliginosis ♃. D

2755. P. ROTUNDIFOLIA. *Marschall taur. cauc.* 1. 242. 3. 251. Sison rotundifolius *Sprengel R. S.* 6. 408 Hab. in Caucaso iberico ♂. D. Foliis simplicibus distinctissima planta.

2756. P. LATERIFLORA. Caule procumbente, foliis repetito ternatis foliolis filiformibus, umbellis axillaribus sessilibus. Foeniculum lutitanicum minimum acre *T. Shaw. afr. n.* 232. Planta sat nota, nomine Sisonis ammi, Seseleos ammoidis, Pimpinellae ramosissimae, dichotomae et dioicae in hortis obvia. Synonymon Shawi hujus loci. In Lusitania non vidimus. Caulis ped. et ultra ramosus procumbens glaber uti tota planta. Vagina brevis 2‴ l. petiolus 6‴ superne nullus. Foliola tenuissima ad 8‴ l. mucronulo brevissimo. Umbellae sessiles et summae, radiis 2—3 patentibus 8‴ l. Involucra et involucella nulla. Umbellulae radii 2‴ l. Cor. parva alba. Fructus compressus vix 1‴ longus fere 1‴ latus. Amphispermia costis 3 dorsalibus acuatis, marginalibus minoribus. Stylopodium parvum, styli evanescentes. Ob habitum huc refero in Apio repetenda planta.

538. TRINIA.

Hoffm. Marschall t. c. 3. 244.

2757. T. HOFFMANNI. *Marschall* 3. 244. Pimpinella dioica *Linn. W. E.* 322. Foliola 4‴ l. Germina pubescentia.

2758. T. HENNINGII. *Marschall* 3. 245. Pimpinella glauca *Linn. W. E.* 322. Fol. 6‴ l. Germina glabra.

539. TRAGIUM.

Spreng. R. S. 6. XXXV.

2759. TR. ANISUM. Pimpinella Anisum *Linn. W. Sp.* 1. 1473. Sison Anisum *Spreng. R. S.* 6. 407. Hab. in Aegypto ⊙. D.

2760. TR. COLUMNAE. *Spreng. sp.* 134. *R. S.* 6 391. Pimpinella Tragium *Vill. Pers. syn.* 1. 323. Hab. in Europa australi ♃. D. Folia Pimpinellae Saxifragae. Stylopodium cum stylis non persistens.
2761. TR. PEREGRINUM. *Sprengel. Umb. disp.* 26. *sp.* 135. *R. S.* 6. 392. Pimpinella peregrina *Linn. W. Sp.* 1. 1423. *E. S.* 15. Hab. in Europa australi ♃. D. Affine praecedenti. Stylopodium cum stylis persistit.
2762. TR. BROTERI. *Spr. R. S.* 6. 393. Pimpinella bubonoides *Brot. lus.* 1. 462. Bubon tortuosus *Flor. portug.* 2. 452. Hab. in Lusitania ♃. T. Habitus Bubonis macedonici. Cor. extus pubescens.
2763. TR. AROMATICUM. *Spr. R. S.* 6. 393. Pimpinella aromatica *Marschall taur. cauc.* 1. 241. 3. 251. Hb in Caucaso orientali ♃. D. Tota canescenti pubescens.
2764. TR. TENUE. *Sieb. cret. exsicc. R. S.* 6. 391. ad Tr. eriocarpos. Hab. in Creta ♃. T.

540. LEDEBURIA.

Involucra et involucella nulla. Fructus ovatus setis patentibus apice glochideis. Stylopodia 2 conica basi connata. Styli persistentes.

Setae fructus ut in Torili, differt vero stylopodiis et stylis nec non involucri et involucelli defectu.

2765. L. PIMPINELLOIDES. Tragium tauricum *Ledeb. Cat. Dorpat.* 1819 Foliis radicalibus pinnatis, pinnis ovatis serratis subincisis, superioribus tripinnatifidis laciniis linearibus trifurcatis. Hab. ... ♃. D. Caulis 1—2 ped. erectus ramosus angulatus glaber. Fol. inferiora pinnata ut in Pimpinella Saxifraga, foliola $\frac{1' \, 2''}{10'''}$ inaequaliter et acute serrata subincisa; fol. caulina vagina angusta pet. vix 1″ l. lamina tripinnatifida, laciniis linearibus 1‴ latis 2—3 furcatis. Radii umbellae multi ad 1′. 6″ longi pilis sparsis brevibus rigidis asperi; radii umbellulae ad 3″ longi asperi ut priores. Cor. albae aequales. Fructus parvi. Amphispermia setis densis tecta. Stylopodia nuda. Styli 2 longiusculi.

541. APIUM.

Linn. W. E. 322. *Spr. R. S.* 6. *XLXVI.*

2766. A. GRAVEOLENS. *Linn. W. E.* 322. *R S.* 6. 429.

2767. A. PETROSELINUM. *Linn. W. E.* 322. *R. S.* 6. 429.
A. Pimpinella lateriflora v. s.
Omnium cor. albae.

542. AEGOPODIUM.

Linn. W. E. 522.

2768. A. PODAGRARIA. *Linn. W. E.* 322. Sison Podagraria *R. S.* 6 408. Cor. albae. Fructus Sisonis aut Ligustici at involucella nulla. Involucri defectus in adfinibus locum habet, involucelli vero majoris momenti multo magis adfines conjunctas relinquit.

IX. *SAXIFRAGEAE.*

543. HEUCHERA.

Linn. W. E. 395. *R. S.* 6. *XXII.*

2769. H. AMERICANA. *Linn. W. E.* 295. *R. S.* 6. 215.

2770. H. CAULESCENS. *Pursh. am.* 1. 189. *R. S.* 6. 216. Similis praecedenti at folia acute lobata petiolo nervisque tantum hirtis. Scapus basi glaber superne cum calycibus pubescens. Pet. alba.

X. C*ARYOPHYLLEAE.*

544. VELEZIA.

Linn. R. S. 6. *XXI.*

2771. V. RIGIDA. *Linn. W. E. S.* 14. *R. S.* 6. 215. Hab. in Europa australi ☉. T.

PENTANDRIA.

TRIGYNIA.

I. ATRIPLICINAE.

545. BASELLA.

Linn. W. E. 331. *R. S.* 6. *LXV.*

2772. B. RUBRA. *Linn. W. E.* 331. *R. S.* 6. 692.
2773. B. ALBA. *Linn. R. S.* 6. 692. Hab. in India orientali ♃. C.
2774. B. CORDIFOLIA. *Linn. W. E.* 331. R. *S.* 6. 693.

II. CAPRIFOLIACEAE.

546. VIBURNUM.

Linn. W. E. 325. *R. S.* 6. *LXI.*

2775. V. TINUS. *Linn. W. E.* 325. *R. S.* 6. 629.
2776. V. STRICTUM. V. Tinus strictum *Ait. Kew.* 2. 167. *R. S.* 6. 629. V. rigidum *W. E. S.* 14. Ramis villosis, foliis oblongis acutis integerrimis subtus in nervis venisque hirtis. Hab. in Europa australi ♄. D. Folia majora ac in praecedente $\frac{5' \ 5''}{2' \ 4''}$ magis hirsuta, caeterum simile.
2777. V. NUDUM. *Linn. W. E.* 326. *R. S.* 6. 631. Folia $\frac{3'}{1' \ 2''}$ subtus glabra, caeterum simile V. Tino.
2778. V. PRUNIFOLIUM. *Linn. W. E.* 326. *R. S.* 6. 631. Fol. $\frac{2' \ 5''}{1' \ 3''}$.
2779. V. DENTATUM. *Linn. W. E.* 326. *R. S.* 6. 632.
2780. V. LANTANA. *Linn. W. E.* 326. *R. S.* 6. 633.
2781. V. ACERIFOLIUM. *Linn. W. E.* 326. Folia Aceris striati.
2782. V. OPULUS. *Linn. W. E.* 326. *R. S.* 6. 635.
2783. V. OXYCOCCOS. *Pursh. amer.* 1. 203. *R. S.* 6. 635. V. Opulus americanum *Ait. Kew.* 2. 168.

Hab. in Canada et N. Eboraci montibus ♄. D. Rami rubri lucidi.

2784. V. LENTAGO. *Linn. W. E.* 327. *R. S.* 6. 637. Folia V. prunifolii at magis acuminata.

2785. V. SQUAMATUM. *Linn. W. E.* 327. *R. S.* 6. 637. Petioli pilis crassiusculis crispis.

2786. V. CASSINOIDES. *Linn. W. E.* 327. *R. S.* 6. 638.

2787. V. LAEVIGATUM. *Linn. W. E.* 327. *R. S.* 6. 638.

547. SAMBUCUS.

Linn. W. E. 328. *R. S.* 6. *LXI.*

2788. S. EBULUS. *Linn. W. E.* 328.

2789. S. NIGRA. *Linn. W. E.* 328.

2790. S. LACINIATA. *Du Roi Harbk.* 2. 413. S. nigra laciniata *W. E.* 328. Post Retzium nullus vidit in S. nigram mutatam.

2791. S. CANADENSIS. *Linn. W. E.* 328.

2792. S. RACEMOSA. *Linn. W. E.* 328.

2793. S. PUBENS. *Michaux W. E.* 328. Thyrsus tenuior ac in praecedente.

III. RHAMNOIDEAE.

548. CASSINE.

Linn. W. E. 327. *R. S.* 6. *XLII.*

2794. C. CAPENSIS. *Linn. W. E.* 327. *R.* S. 6. 664. Cor. alba.

2795. C. MAUROCENIA. *Linn. W. E.* 327. *R. S.* 6. 665. Cor. flavo-virescens.

549. STAPHYLEA.

Linn. W. E. 329. *R. S.* 6. *LVIII.*

2796. ST. PINNATA. *Linn. W. E.* 329. *R. S.* 6. 667.

2797. ST. TRIFOLIATA. *Linn. W. E.* 329. *R. S.* 6. 668.

IV. TRICOCCAE.

550. XYLOPHYLLA.

Linn. W. E. 329. *R. S.* 6. *LXV.*

2798. X. RAMIFLORA. *Linn. W. E.* 329. *R. S.* 6. 692. Fol. $\frac{1' \, 8''}{5''}$.

2799. X. OBOVATA. *Linn.* *W. E.* 329. *R. S.* 6. 692. Folia $\frac{1' 8''}{1' 2''}$. An huc referendae omnes Phyllanthi species floribus axillaribus instructae?

V. RHOIFORMES.

551. RHUS.

Linn. W. E. 323. *R. S.* 6. *LXII.*

A. Foliis pinnatis.

2800. RH. CORIARIA. *Linn. W. E.* 323. *R. S.* 6. 643. Foliola lateralia $\frac{2'}{10''}$, serrata.

2801. RH. TYPHINA. *Linn. W. E.* 323. *R. S.* 6. 641. Foliola lateralia $\frac{4'}{9''}$, serrata.

2802. RH. JAVANICA. *Linn. R. S.* 6. 644. Hab. in China et Japonia ♄. T. Foliola subtus ferrugineo-tomentosa.

2803. RH. GLABRA. *Linn. W. E.* 323. *R. S.* 6. 645. Affine praeced. at foliola glabra serrata.

2804. RH. ELEGANS. *Ait. W. E.* 323. *R. S.* 6. 646. Foliola subserrata.

2805. RH. VERNIX. *Linn. W. E.* 323. *R. S.* 6. 646. Foliola integerrima; petiolus non alatus.

2806. RH. SEMIALATA. *Linn. W. E.* 324. *R. S.* 6. 644. Foliola integerrima; petiolus antice alatus.

2807. RH. COPALLINA. *Linn. W. E.* 324. Foliol. integerrima; petiolus totus alatus.

B. Foliis ternatis.

2808. RH. RADICANS. *Linn. W. E.* 324. Rh. Toxicodendron *Linn. R. S.* 6. 651. Duas habemus varietates, alteram majorem magis erectam et elevatam. An haec Rh. Toxicodendron vera Linn?

2809. RH. SUAVEOLENS. *Ait. W. E.* 324. *R. S.* 6. 653.

2910. RH. TOMENTOSA. *Linn. W. E.* 324. *R. S.* 6. 655. Foliola antrorsum acute crenata, basi attenuata integerrima subtus tomento tenui denso cana.

2911. RH. VILLOSA. *Linn. Suppl. R. S.* 6. 656. Rh. atomaria *Jacq. Schönbr. t.* 343. Hab. in Pr. b. sp.

♄. T. Foliola $\frac{1' 2''}{9'''}$ saepe emarginata utrinque hirsuta subtus punctata.

2812. RH. VIMINALIS. *Ait. W. E.* 324. *R. S.* 6. 657.

2813. RH. UNDULATA. *Pers. syn.* 1. 326. *W. E. S.* 15. Hab. . . . ♄. T. Nostrum habet foliola $\frac{1' 2''}{3'''}$ mucronulata undulata.

2814. RH. LAEVIGATA. *Linn. W. E.* 324. *R. S.* 6. 659. Foliola $\frac{1' 8''}{4'''}$. Rh. trifoliatum *W. E. S.* 15. non differt.

2815. RH. PENDULINA. *Linn. W. E.* 325. *R. S.* 6. 660.

2816. RH. LUCIDA. *Linn. W. E.* 325. *R. S.* 6. 660. Foliola extima $\frac{2''}{1'}$.

2817. RH ZIZYPHINA. *Tineo. R. S.* 6. 663. Rhamnus tripartita *Ucria. Linn. Syst. Veg.* 342. Hab. in Sicilia ♄. T. Spinosa. Nondum floruit. An hujus generis?

C. *Folia simplicia.*

2817. *a.* RH. COTINUS. *Linn. W. E.* 325. *R. S.* 6. 663.

VI. TAMARISCINAE.

Folia alterna. Cal. monophyllus inferus. Cor. polypetala imo calici inserta. Pericarpium sporophoris parietalibus. Semina exalbuminosa, embryone erecto.

552. TAMARIX.

Linn. W. E. 329. *R. S.* 6. *LXIII.*

2818. T. GALLICA. *Linn. W. E.* 329. *R.* S. 6. 669.

2818. *a.* T. GERMANICA. *Linn. W. E.* 329. *R. S.* 6. 673.

VII. PORTULACEAE.

553. TELEPHIUM.

Linn. W. E. 336. *R. S.* 6. *LXIV.*

2819. T. IMPERATI. *Linn. W. E.* 330. *R. S.* 6. 682.

554. PORTULACARIA.

Jacq. W. E. 332. *R. S.* 6. *LXV.*

2820. P. AFRA. *Jacq. W. E.* 334. *R. S.* 6. 684. Crassula Portulacaria *Linn. Sp.* 406.

555. CORRIGIOLA.

Linn. W. E. 330. *R. S.* 6. *LXIV.*

2821. C. LITTORALIS. *Linn. W. E.* 330. *R. S.* 6. 683.

VII. CARYOPHYLLEAE.

556. ALSINE.

Linn. W. E. 331. *R. S.* 6. *LXIV.*

2822. A. MEDIA. *Linn. W. E.* 331. *R. S.* 6. 680. *A. segetalis Linn. W. E.* 331. Est Arenaria rubrae adfinis, stipulacea, foliis subulatis mucronulatis.

2823. A. MOLLUGINEA. *Lagasc. N. gen. et sp.* 13. *R. S.* 6. 682. Hab. in Nova Hispania ⊙. T. Habitus Molluginis. Caulis erectus. Folia 1″ lata opposita carnosa. Stipulae angustae albae scariosae. Infl. centralis. Pedunculi fructiferi reflexi. Cor. alba petalis bipartitis calyci aequalis. Semina arcuata cruribus basi connatis punctata. Tota planta glabra.

Alsines genus minus naturale dividendum aut potius species distribuendae.

557. PHARNACEUM.

Linn. W. E. 330. *R. S.* 6. *XXV.*

2824. PH. CERVIANA. *Linn. W. E.* 330. *R. S.* 6. 685. Folia verticillata carnosa glauca, pedunculi saepe subverticillati non in ramos excrescentes. Cor. alba parva.

2825. PH. BELLIDIFOLIUM. *Encycl. R. S.* 6. 691. Hab. in Jamaica, Antillis ⊙. C. Folia radicalia basi longe attenuata $\frac{2' \, 4''}{9''}$, Scapus umbelliferus et proliferus.

2826. PH. CORDIFOLIUM. *Linn. W. E.* 330. *R. S.* 6. 690. Folia $\frac{6''}{4''}$ subindo emarginata basi attenuata

2827. PH. INCANUM. *Linn. R. S.* 6. 688. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia alterna in ramulorum brevium apicibus densissima filiformia mucronulata. Stipulae lacerae longissime acutatae unde pili videntur. Cor. alba.

558. DRYPIS.

Linn. R. S. 6. *LXIV.*

2828. DR. SPINOSA. *Linn. R. S.* 6. 680. Hab. in Europa australi ♂. T. Cor. alba.

IX. *CAPPARIDEAE.*

559. TURNERA.

Linn. W. E. 330. *R. S.* 6. *LXIII.*

2829. T. ULMIFOLIA. *Linn. W. E.* 330. *R. S.* 6. 674.

2830. T. ANGUSTIFOLIA. *Botan. Magaz. t.* 291. T. ulmifolia angustifolia *W. Sp.* 1. 503. *R. S.* 6. 614. Hab. in Jamaica ♄. C. Fol. ut in praec. $\frac{3'}{10''}$.

2831. T. CUNEIFORMIS. *Jussieu. Enc. meth.* 8. 142. *Sprengel novi provent.* 42. Fol. $\frac{3'}{2'}$ grosse crenata basi integerrima. Cor. minor. Hab. in Brasilia ♃. C.

2832. T. ELEGANS, *Otto Hor. berol.* 36. *R. S.* 6. 675. Foliis oblongo-lanceolatis acutis serratis attenuatis pubescentibus, floribus sessilibus terminalibus. Hab. in Brasilia ♃. C. Minor praecedente. Rami dense pubescentes. Fol. pet. 2″ l. lamina $\frac{1'\,8''}{8''}$ in petiolum attenuata pilis brevibus densis praesertim subtus in nervis. Cal. phyllis lanceolatis 6″ l. pubescentibus. Cor. petalis 10″ l. flavis basi atropurpureis.

2833. T. RACEMOSA. *Murray W. E.* 330. *R. S.* 6. 677. Planta pilosa. Fol. $\frac{3'}{1'\,6''}$. Pedunc. 1′ l. Cor. parva. Harum omnium cor. flavae.

PENTANDRIA.

TETRAGYNIA.

I. *CONVOLVULACEAE.*

560. EVOLVULUS.

Linn. W. E. 332. *R. S.* 6. *XVIII.*

2834. E. LINIFOLIUS. *Linn. W. E.* 332. *R. S.* 6. 196. Cor. alba.

2835. E. NUMMULARIUS. *Linn. R. S.* 6. 193. Hab. in Jamaica, Barbados ☉. C. Fol. cordata $\frac{5'''}{4'''}$. Cor. coerulea.

2836. E. ALSINOIDES. *Linn. R. S.* 6. 194. Hab. in Malabaria, Zeylon ☉. C. Fol. $\frac{1''}{4'''}$. Cor. coerulea.

II. *RESEDINAE.*

561. PARNASSIA.

Linn. W. E. 332. *R. S.* 6. *LXVI.*

2837. P. PALUSTRIS. *Linn. W. E.* 332. *R. S.* 6. 695. Capsula aperta est character Resedinarum, quam quoque in hac planta, quamquam in minimo gradu videmus. Et squamae in floribus Resedarum hic quoque adsunt parastemonibus coronatae.

PENTANDRIA.

PENTAGYNIA.

I. PLUMBAGINEAE.

562. ARMERIA.

W. E. 233. *R. S.* 6. *LXIX.*

2838. A. VULGARIS. *W. E* 233. *R. S.* 6. 771. *Statice* Armeria *Linn. W. Sp.* 1. 1522.

2839. A. MARITIMA. *W. E.* 233. *R. S.* 6. 772. Scapus minor pubescens. Capitulum florum majus corollis magis purpureis.

2840. A. PLANTAGINEA. *W. E.* 334. *R S.* 6. 773. Folia multo longiora et latiora ac in A. vulgari ped. et ultra longa 3‴—4‴ lata.

2841. A. DENTICULATA. *Bertolon. Amoen.* 77. *W. E. S.* 15. *R. S.* 6. 776. Habet Sarzanae in rupibus montanis ♃. D. F. Affinis praecedenti at folia juniora versus basin sinuato-dentata.

2842. A. SCORZONERIFOLIA. *W. E.* 334. *R. S.* 6. 774. Affinis A. plantagineae at differt capitulis florum majoribus, corollis pallidioribus magis coerulescentibus.

2843. A. LATIFOLIA. *W. E.* 334. *R.* S. 6. 774. Statice Cephalotes *Aiton W. Sp.* 1. 1523. Fol. 6‴ lata.

2844. A. FASCICULATA. *W. E.* 334. *R. S.* 6. 773. Statice fasciculata *Venten Cels. t.* 38. Folia A. plantagineae at frutescit.

563. STATICE.

Linn. W. E. 333. *R. S.* 6. *LXIX.*

2845. ST. GRAMINIFOLIA. *Ait. W. E.* 335. *R. S.* 6. 777.

2846. ST. LIMONIUM. *Linn. W. E.* 335. *R. S.* 6. 777. Folia basi longe attenuata sine pet. $\frac{3'}{1'\ 4''}$. Cor. purpurascens. St. limonoides Bernhardi vix nisi foliis parum brevioribus et latioribus differt.

2847. ST. GMELINI. *W. E.* 335. *R. S.* 6. 778. Affinis praecedenti at Scapus pubescens.

2848. ST. LATIFOLIA. *Smith. W. E.* 335. *R. S.* 6. 778. St. coriaria *Pall. Marschall t. c.* 1. 249. 3. 252. Habitus St. Limonii, at folia pilis brevissimis obsita.

2849. ST SCOPARIA. *Marschall taur. cauc.* 1. 249. *R. S.* 6. 778. Folia maxima at glaberrima. Scapus ramosissimus altissimus.

2850. ST. SPATULATA. *Wild. hort. ber. t.* 63. *E.* 336. St. Willdenowiana *R. S.* 6. 782. Fol. cum basi $\frac{2'}{8''}$.

2851. ST. GLOBULARIAEFOLIA. *Desfont. R. S.* 6. 780. Fol. $\frac{1' 4''}{5''}$. Flores remoti. Cor. purpurascentes. Hab. in Europa australi, Africa boreali. Barr. ic. 793. 794. folia monstrat nimis magna flores nimis aggregatos.

2852. ST. OLEAEFOLIA. *Scopol. R. S.* 6. 781. Hab. in Europae australis maritimis ♃. T. Fol. $\frac{3'}{6''}$. Cor. purpurascentes ut in plerisque.

2853. ST. INCANA. *Linn. R. S.* 6. 783. Fol. $\frac{5' 6''}{3''}$ triplinervia longe mucronata non piloso incana sed albida. Scapus diffusus amplns.

2854. ST. BELLIDIFOLIA. *Gouan. Decand. fr.* 3. 421. *R. S.* 6. 779. Planta parva. Fol. $\frac{1'}{3''}$. Hab. in Europae australis maritimis ♃. T.

2855. ST. RETICULATA. *Linn. W. E.* 336. *R. S.* 6. 785. Scapus decumbens.

2856. ST. VIRGATA. *W. E.* 336. *R. S.* 6. 786. St. reticulata *γ. W. Sp.* 1. 1526. Differt a praec. caule erecto, differt a St. caspia foliis angustioribus.

2857 ST. MACROPHYLLA. Foliis late lanceolatis glaucescentibus mucronulatis, scapo alato, floribus confertis subcorymbosis. Hab. in Canariis ♃. T. Elegans planta. Folia obverse lanceolata $\frac{10'}{2'}$. Scapus ad 2 ped. altus. Bracteae sub ramis breves acutae scariosae, sub floribus exteriores breves obtusae mucronatae,

interiores elongatae nigricantes obtusae margine fusco. Cal. coeruleo colore, cor. albae.

2858. ST. SPECIOSA. *Linn. W. E.* 337. *R. S.* 6. 787. Folia Limonii. Rami scapi alati. Cor. albae.

2859. ST. FLEXUOSA. *Linn. R. S.* 6. 790. Folia Limonii at minora. Rami scapi alati. Flores vere capitati. Cal. coerulescentes. Cor. flavae.

2860. ST. SINUATA. *Linn. R. S.* 6. 795. *W. E. S.* 15. Folia lyrata hirsuta. Rami scapi alati subfoliati. Cal. coerulescentes. Cor. flavae. Hab. in Europa australiori ♃. T.

2861. ST. ALATA. *W. E. S.* 15. *c. descr. R. S.* 6. 795. Hab. . . . ♃. D. Valde affinis praec. Folia subruncinata ciliata.

2862. ST. MUCRONATA. *Linn. Suppl. W. E.* 337. *R. S.* 6. 796. Rami scapi undulato alati.

2863. ST. SUFFRUTICOSA. *Linn. R. S.* 6. 791. *W. E. S.* 15. Hab. in Sibiria ♃. T. Fol. $\frac{1' 6''}{2''}$. Flor. capitati.

2864. ST. MONOPETALA. *Linn. W. E.* 337. *R. S.* 6. 791.

564. ARALIA.

Linn. W. E. 332. *R. S.* 6. *LXVI.*

A. Folia suplicia.

2865. A. ARBOREA. *Linn. W. E.* 332. Hedera arborea *Swartz. R. S.* 6. 511.

2866. A. CAPITATA. *Jacq. W. Sp.* 1. 1519. Hedera capitata *Smith. R. S.* 5. 510. Hab. in subalpinis Antillarum ♃. C. Fol. $\frac{4' 6''}{2'}$ mucronata. Umbellae in capitulum contractae.

B. Folia composita et decomposita.

2867. A. SPINOSA. *Linn. W. E.* 332. *R. S.* 6. 701. Folia ternata et pinnata aculeata.

2868. A. RACEMOSA. *Linn. W. E.* 332. *R. S.* 6. 702. Petioli partiales divaricati pinnati.

2869. A. NUDICAULIS. *Linn. W. E.* 332. *R. S.* 6. 703. Folia repetito teinata.

Omnium cor. virescentes.

III. L I N O I D E A E.

565. LINUM.

Linn. W. E. 338. *R. S.* 6. *LXVIII.*

A. Folia alterna.

c. Corollae coeruleae, purpurascentes, albae.

2870. L. USITATISSIMUM. *Linn. W. E.* 338. *R. S.* 6. 736. Calycis phylla omnia acuta.

2871. L. ANGUSTIFOLIUM. *Smith. br.* 2. 335. *W. E.* 338. *R. S.* 6. 743. Caulis tenerior ac in praeced. folia angustiora at non semper reflexa, nec in specimine Willdenowi. Perenne.

L. Squamulosum W. E. 338. *R. S.* 6. 739. Periit.

2872. L. PERENNE. *Linn. W. E.* 338 *R. S.* 6. 737. Calycis phylla exteriora acuta, interiora obtusissima. Fol. trinervia.

2873. L. AUSTRIACUM. *Linn. W. E.* 338. *R. S.* 6. 745. Folia multo angustiora ac in praec.

2874. L. NARBONENSE. *Linn. R. S.* 6. 742. Hab. in Europa media et australi ♃. D. Cal. phylla acumine exquisito. Cor. magnae ultra 1′ l.

2875. L. NERVOSUM. *Kit. Marschall taur. cauc.* 1. 254. *R. S.* 6. 737. Folia 4″ lata trinervia. acumine longissimo.

2876. L. VISCOSUM. *Linn. R. S.* 6. 739. Folia margine pilis glandulosis. Hab. in Alpestribus Europae mediae ♃. D.

2877. L. TENUIFOLIUM. *Linn. R. S.* 6. 742. Folia tenuissima scaberrima. Cor. purpurascentes. Hab. in Europae mediae collibus ♃. D.

2878. L. SUFFRUTICOSUM. *Linn. R. S.* 6. 753. Frutescens. Fol. angustissima. Cor. alba.

b. Corollae flavae.

L. tenuifolium v. s.

2879. L. MARITIMUM, *Linn. W. E.* 338. *R. S.* 6. 748. Cal. phylla breviter acuta utique serrato-scabra.

2880. L. FLAVUM. *Linn. W. E.* 339. *R. S.* 6. 750. Cal. phylla longe acutata.

2881. L. CAMPANULATUM. *Linn. W. E.* 339. *not. R. S.* 6. 751. *Marschall t. c.* 3. 254. L. tauricum *W. E.* 339. non differt. Glaucitie foliorum a praec. diversum. Cor. ad 1′ l.

2882. L. VIRGINIANUM. *Linn. W. E.* 339. *R. S.* 6. 749. Fol. infima brevia obovata, superiora longe lanceolata. Cor. parva 2″ l.

2883. L. GALLICUM. *Linn. R. S.* 6. 746. Hab. in Europa australi ☉. F. Fol. omnia lanceolata. Flores separati. Cor. parva 2″ l.

2884. L. STRICTUM. *Linn. R. S.* 6. 752. Hab. in Europa australi ☉. F. Folia scaberrima. Flores conglomerati. Cor parva 2″ l.

B. Folia opposita.

2885. L. AFRICANUM. *Linn. R. S.* 6. 755. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Cor. flava.

2886. L. CATHARTICUM. *Linn. W. E.* 340. *R. S.* 6. 746.

2887. L. QUADRIFOLIUM. *Linn. R. S.* 6. 757. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T.

IV. DROSERINAE.

Folia alterna carnosa glandulis stipitatis tecta. Cal. monophyllus. Cor. polypetala imo calyci inserta. Pericarpium loculare. Semina parietalia undique parietibus affixa, albuminosa, embryone minutissimo erecto. Seminibus undique parietibus affixis a Violinis et Resedinis praecipue differt.

566. DROSERA.

Linn. W. E. 350. *R. S.* 6. *LXVIII.*

2888. DR. ROTUNDIFOLIA. *Linn. W. E.* 350. *R. S.* 6. 760.

V. SEMPERVIVAE.

567. ROCHEA.

Decand. Larochea Haworth. R. S. 6. *LXVII.*

2889. R. FALCATA. *Decand. R. S.* 6. 707. Crassula falcata *W. E.* 314. Cor. rubescens.

2890. R. COCCINEA. *Haw. R. S.* 6. 707. Crassula coccinea *Linn. W. E.* 341. Fol. $\frac{8''}{4'''}$. Cor. coccinea.

2891. R. VERSICOLOR. Crassula versicolor. *Haw. succ. Suppl.* 16. *Bot. Regist. t.* 320. Hab. in Pr. b.

sp. ♄. T. Cor. minor ac in praec. pallidior versicolor.

2892. R. ODORATISSIMA. *Haw. R. S.* 6. 708. Crassula odoratissima *Andr. W. E.* 341. Fol. $\frac{1' 8''}{2''}$. Cor. 8″ l. lutea.

568. CRASSULA.

Linn. W. E. 341. *R. S.* 6. *LXII.*

A. Geminae, corollis 5 petalis patulis.

a. Frutescentes foliis subulatis.

2893. CR. PERFOLIATA. *Linn. W. E.* 341. *R. S.* 6. 710. Fol. lanceolato-subulata.

2894. CR. TETRAGONA. *Linn. W. E.* 342. *R. S.* 6. 710. Fol. subtetragona.

2895. CR. MOLLIS. *Linn. Suppl. R. S.* 6. 711. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia semicylindracea.

2896. CR. ACUTIFOLIA. *Decand. W. E.* 432. *R. S.* 6. 711. Folia tereti subulata. Harum omnium folia connata, cor. albae.

b. Frutescentes foliis latioribus laevibus distantibus.

2897. CR. ARBORESCENS. *Jacq. W. E.* 343. *R. S.* 6. 713. Fol. subrotunda glauca. Cor. magna alba demum rosea.

2898. CR. OBLIQUA. *Ait. R. S.* 6. 713. C. portulacea *Encl. W. E.* 343. Fol. basi cuneata. Cor incarnata.

2899. CR. LACTEA. *Ait. W. E.* 343. *R. S.* 6. 714. Fol. basi attenuata. Cor. alba.

c. Frutescentes foliis latioribus margine papillosis distantibus.

2900. CR. CILIATA. *W. E. S.* 15. *R. S.* 6. 714. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Caulis papillis retroversis.

2901. CR. BICONVEXA. *Haw. R. S.* 6. 715. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Caulis decumbens. Flores cymosi.

2902. CR. DEJECTA. *Jacq. R. S.* 6. 715. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. $\frac{8''}{5''}$. Corymbi arcti, pedicellis 2″—3″ l. Cal. vix 2″ l. Cor. 4″ l. et ultra alba,

petalis mucronulatis. An eadem ac Cr. undulata. *Haw. R. S.* 6. 714.?

2903. CR. SQUAMULOSA. *W. E. S.* 15. *c. descr. R. S.* 6. 715. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Caulis papulosus. Flores corymbosi capitati parvi.

2904. CR. RAMULIFLORA. Fol. obvatis subconnatis, ramulis axillaribus paucifloris, petalis lanceolatis subreflexis. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Caulis pilis pellucidis retroversis. Fol. $\frac{10''}{5'''}$ margine papillis longioribus. Ramuli breves foliis minoribus. Pedicelli vix 2′ l. Cal. 1″ l. phyllis linearibus rubentibus. Cor. 2″ l. petalis lanceolatis patulis vel reflexis albis.

2904. *a.* CR. CORYMBULOSA. Fol. lanceolatis subtus convexis, corymbulis axillaribus, petalis lanceolatis. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Caulis pilis pellucidis retroversis, superne flexuosus. Folia inferiora opposita, superiora opposita, summa alternantia spiralia, infima $\frac{2-3'}{8-10''}$ omnia supra plana subtus convexa et saepe subtus subcarinata breviter acuta. Flores superne in anthurum bracteolis distinctum approximati. Pedunculi. 6″ l. 6—8 flori. Pedicelli 1″—2″ l. Cal. phyllis $\frac{1}{2}''$ longis lanceolatis acutis. Petala 1—2″ l. alba, staminibus corollae aequalibus.

d. Frutescentes foliis latioribus densissime imbricatis.

2905. CR. COLUMNARIS. *Linn. Suppl. R. S.* 6. 715. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Caulis simplicissimus. Fl. capitati.

2906. CR. IMBRICATA. *Ait. R. S.* 6. 716. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia parva quadrifaria.

e. Frutescentes foliis latioribus alte perfoliatis.

2907. CR. PERFILATA. *Scop. R. S.* 6. 719. Cor. perfossa *Decand. gr. t.* 25. Cor. perforata *Linn. Sp. W. E.* 342.

2908. CR. MARGINALIS. *Ait. W. E.* 343. Folia rotundata mucronata margine purpurascentia.

f. Frutescentes foliis petiolatis.

2909. CR. SPATULATA. *Ait. W. E.* 342.

2910. CR. CORDATA. *Linn. Suppl. W. E.* 343.

g. Herbaceae perennes.

2911. CR. TOMENTOSA. *Linn. Suppl. R.* S. 6. 723. Hab. in Pr. b. sp. ♃. T. Flores verticillati. Petala contorta alba minuta.

2912. CR. ORBICULARIS. *Linn. W. E.* 344. Sarmentosa. Cor. alba.

B. Annuae.

2913. CR. GLOMERATA. *Linn. W. E.* 374. *R. S.* 6. 727. 58.

2914. CR. RUBENS. *Linn. W. E.* 344. *R. S.* 6. 729.

2915. CR. VERTICILLARIS. *Linn. R. S.* 6. 730. Hab. in Europa australi ⨀. D.

C. Globuleae, petalis inaperto-erectis.

2916. CR. CULTRATA. *Linn. W. E.* 343. *R.* S. 6. 733. Fol. plana.

